

INSCRIPTIONES

ARCHANGELI GAMBERINI

CANONICI BASILICAE PETRONIANAE

DOCT. PHILOLOGI

LYCEI MAGNI BONONIENSIS

BONONIAE
EX TYPOGRAPHEO SAXIANO
A. MDCCCXXXXV

IMPRIMATUR
Fr. P. Caj. Feletti O. P. Inq. S. O.

J. Passaponti Pro-Vic. Gen.

ALOISIO VANNICELLIO CASONIO

CARDINALI LEGATO

PROVINCIAE BONONIENSIS

ARCHANGELVS GAMBERINIVS

Videar fortasse, Princeps Eminentissime, omnium audacissimus qui librum talem qualis hic est sistere Tibi audeam et nuncupare. Sed qui audaciae me nota redarguent Te Prius, tuaque beneficia accusent necesse est. Cum enim tuae in me benevolentiae recordatione continuo et incredibili grati animi sensu afficiar, memorem voluntatem meam non patefacere, eximiamque qua Te pro summis tuis virtutibus prosequor obser-

vantiam palam publiceque testari haud potuissem, maxime vero cum sese obferret occasio. Et licet quas Tibi dico Inscriptiones incomptas inconcinnasque esse sentiam; tamen non dubito quin eas sis perlibenter accepturus. Qua enim in re perpetua illa tua benefaciendi voluntas mihi defuit? Possem equidem et plura tua in me merita commemorare, quod tamen non facio ne tua erga me officia commemorans me ipse dicendo

velle ornare videar. Id innuam potius quod abs me est, tanta Te in omnes humanitate esse praeditum, omnesque comitate illa tua plane singulari ita tibi devinxisse, ut apud Bononienses Tui nominis memoria nullo unquam tempore sit interitura. Quare anceps haereo nihil quin opellam hanc meam tibi sistam, magnoque eam Tibi animo defero nihil dubitans quin opportune deferam. Quod si hoc mihi insuper concesseris ut mu-

nusculum hoc quantulumcumque est in grati obsequentisque animi mei testimonium excipias, beneficiis in me tuis proh superi! qui cumulus accesserit. Id vero etiam pro tua in me voluntate egregia scilicet et singulari te facturum confido.

III Id. Apr. An. MDCCCXXXXV.

AD LECTOREM

Non dubito fore permultos, qui cum opusculum hoc perlegerint quod, aliquibus id officiose petentibus, in vulgus edere statui, me nimium quam par esset iis putent indulsisse, consiliumque meum improbarint; id vero duabus potissimum de caussis, sive quod videar ignorasse ea aetate nos esse qua imperitus quisque, dum latine aliquid sciat, temere et nullo auctore de Inscriptione judicet, nec modo sibi non placere, sed etiam ineptum esse tamquam de tribunali pronunciet; vel quia ex qua re nunquam haurire potuerim, gloriolam aliquam has vulgando Inscriptiones mihi derivare arbitratus sim. Licet enim tot inter Inscriptiones quae huic libello mandantur probabiles nonnullae invenirentur, quae laus auctori tribuenda qui omnia vel fere omnia ex veteribus fatetur decerpsisse et fateri gaudet? qui ab eorum exemplis ne transversum quidem unguem discessit? Nam in paucorum verborum vel delectu vel conjunctione magnum esse laborem quis unquam

credat? Sed ii erunt fortasse quos praeterit prudentis viri esse pati ut quisque suo utatur judicio, vel quos latet, qui nunc existimationem iis studiis partam tueri velit, huic nihil in hac facultate prius esse debere, quam ut antiquitatis exempla auctoritatemque sequatur, nec aliis e fontibus quam ex veterum monumentis, copiam sibi et scribendi facultatem comparet; non hic agi ut novis adscitis vocabulis Latium inlustrare et priscis scriptoribus laudem praeripere conemur, sed ut optimos quosque imitando auream Augusti aetatem pro virili parte reddidisse videamur; id in his litteris unum latine scribentibus dari, majora qui audeat, ipsum neque officii sui memorem esse, neque rerum aut temporum jura nosse existimandum. Perbelle, inquies, laudi studes velificari tuae verba ex veteribus promentes laudibus extollens; at quid affirmantibus te omnia ex Morcello prompsisse, uno verbo Morcellum expilasse? „ Utinam in promptu illa „ semper habuissem quae imitarer, vel si mavis ex- „ pilarem. Nihil enim mihi optatius accidere pote- „ rat, quam ut in dictionibus formulisque usurpan- „ dis, et antiquitatis tueri me praesidio, et tanti vi- „ ri auctoritate possem. Neque vero aliud formida- „ bam magis quam si cum novi aliquid efferri opor- „ teret, id ex meo penu depromendum esset. Non „ enim is sum qui in hoc stilo in quo commutare te- „ mere aut inflectere voculam nefas sit, probabile „ quidquam invenire me posse mihi arrogem. Quare „ id mihi multo magis cavendum putavi ne a ratione „ generis inscriptionum quam et vetera exempla os-

„ tendunt, et Morcelli praecepta et exempla docent „ vel paullulum discederem „. Non ita tamen, subdes, adhibuerunt qui hac via laudem vel maximam consequuti sunt, nec ita tantam sibi nominis famam comparasset Schiassius ille tuus Pater elegantiarum, quem nuper abreptum litterae bonaeque artes moestissimae conqueruntur: scilicet magnum virum appellasti qui copia et suavitate sermonis Latium ipsum beare potuisset, credo tamen inopportune, clarissimi enim Viri ipsissima verba tenes: lector, cunctanter in arduis, et Vale.

INSCRIPTIONES
SACRAE

TITVLI DEI IMMORTALIS
CAELITVMQVE SANCTORVM

I.

(*Ad Aediculam in Agro*)
Bononiens.)

MICHAELI

ANGELORVM · PRINCIPI

CVLTORES · EIVS

DAEMONVM · POTENTI

DEDICAVERVNT · AN · MDCCCXXXXI

II.

(Ad Aediculam in Agro Bononiens. foris supra portam)

SACRVM · PIETATI

SANCTORVM · MANIVM

QVOS · PVRGATORIVS · IGNIS

SIDERIBVS · INSERENDOS · EMVNDAT

INGREDERE · BONAM · PRECEM · PRECARE · HOSPES

ET · CENTVM · DE · POENALIVM · DIERVM · NVMERO

EXPVNGES

III.

(Item intus ad Arcam)

DA · BONE · STIPEM · CRVCIAMVR

IIII.

(*Sub Effigie.*)

IMAGO

D · N · MARIAE · OPIFERAE · SOSPITATRICIS · PATRIAE

PESTILITATE · DEPVLSA
A · M · DCC · VII

CAELI · SERENITATE · REDVCTA
A · M · DCCC · XXXVIIII

V.

(*Ad Aediculam in Agro Bononiensi*)

IOSEPHO · SANCTO · COMITI · CVSTODI · DEI · PVERI

VICINIA · VNIVERSA

OB · PATROCINIVM · EIVS · IMPETRANDVM

ANNO · MDCCCXXXX

VI.

(*Bonon. intra Sacellum in Aedibus Legatitiis*)

DOMINO · NOSTRO · IESV · DEO · STATORI · REGNORVM

AEDEM · HANCCE

QVVM · LOCI · DIGNITAS · ANGVSTIA · MINVERETVR

VINCENTIVS · MACCHIVS · CARD · LEG · PROV·

OPERIBVS · AMPLIATIS · RESTITVI · IVSSIT

ET · SPLENDIDIORE · CVLTV · OMNIQ · INSTRVMENTO

EXORNATAM · ET · AVCTAM

PERFECIT · ET · DEDICAVIT · AN · MDCCCXXXX

VII.

(*Bonon. in privo Sacello Malvezziorum*)

IOSEPHO · MARIAE · VIRO

ANNAE · VIRGINIS · SANCTAE · PARENTI

CAETERISQVE · CVSTODIBVS · DOMVS

MALVEZZI · FRATRES · FLORIANVS · ET · MATTHAEVS

PRAESIDIVM · SIBI · LIBERIS · POSTERISQ·

FEC · ET · DEDIC · A · MDLXXVI

MONVMENTA SACRORVM

VIII.

(Bonon. ad Mariae Opiferae
Vico Petriano.)

ANNO · M · DCCC · XXXVIII

QVOD · TRIBVS · MENSIBVS · PLVISSET · POPVLIQVE
VNIVERSI · REGIONVM · FINITIMARVM · AMNIVM · VIOLENTIA
QVA · AGGERIBVS · QVA · MOLIBVS · OBICIBVSQVE · OMNI
GENERE · FRVSTRA · OPPOSITIS · DETERRERENTVR
PERLATVM · VIRGINIS · SIMVLACRVM · AD · PETRONI
PRINCIPIS · TVTELARIVM · NOSTRORVM · PRAESIDIOQVE
EIVS · TRIDVVM · PRECIBVS · IMPLORATO · VTI
PROPITIATA · NOXIAS · AQVAS · PROHIBERET · A
SVPPLICATIONE · PRAESENS · AGROS · AQVIS · OPPLETOS
POPVLOSQVE · TRIMESTRI · MOERORE · SQVALENTES
PATEFACTO · ILLICO · SOLE · RECREAVIT
CVRATORES · AEDIS · QVO · GRATAE · VOLVNTATIS
MEMORIA · ERGA · VIRGINEM · SOSPITATRICEM · AD
POSTEROS · PROROGETVR · LAPIDEM · HVNC
STATVEND · CENSVERVNT

VIII.

(*Bonon. extra pomoerium Ad Victoris Mart.*)

ANNO · MDCCC

SODALES · PHILIPPIANI · BONONIENS·

NE · PRAECLARVM · RELIGIONIS

ET · ANTIQVITATIS · MONVMENTVM · NVSQVAM · ESSET

AEDEM · HANC · VICTORIS · MART·

CVM · CONTINENTIBVS · PRAEDIIS · QVATTVOR

QVAM · IOSEPHVS · CEVOLANIVS

VALETVDINARIO · CENTENSI · TEST · ADDIXERAT

A · VII · VIRIS · VALETVDINAR · EIDEM · ADCVRANDO

PRAETIO · EMPTAM

OPERIBVS · QVA · REFECTIS

QVA · AD · VETVSTATIS · EXEMPLAR · REVOCATIS

SQVALORE · DETERSO · RESTITVERVNT

HEV · PAVCA · DE · MVLTIS · SERVANTES

ERVDITIONI · POSTERITATIS

X.

(Bonon. ad Mariae Loretanae prope Basilicam Sthephanianam)

EX · INGENIO · PRAESCRIPTOQVE · CAIET · CESARI · SAC ·

TEMPLVM · HOC

OB · LOCI · ANGVSTIAM · STATIS · SOLLEMNIB · INOPPORTVNVM

IVRE · VICINAE · PORTICVS · TOLLENDAE · IMPETRATO

DEXTERO · LATERE · EXPLICATVM · EST

OMNIQVE · CVLTV · ET · INSTRVMENTO · AVCTVM

ANNO · MDCCCXXXX

XI.

(Item)

IN · ALTARI · MAXIMO · QVI · PRO · MANIBVS · PIORVM

IVVANDIS · FECERIT · IS · VENIAE · DEFVNCTO

IMPETRANDAE · PERLITETVR

XII.

([illegible] ad Sebastiani Mart. Via Feliciana)

EX · DECRETO
QVOD · DATVM · EST · KAL · MART · A · MDCCCXXXVIIII
V · E · KAROLVS · OPPIZZONIVS · ARCHIEP · N ·
SACERDOTIVM · FABIANI · ET · SEBASTIANI · MARTYRR ·
REDDITIB · CVRIONI · MARIAE · S · A · CHARITATE · ADCRESCEND ·
TITVLO · EORVM · AD · HANC · AEDEM · ADSIGNATO
PERPETVO · ADDIXIT
EAMDEMQVE · CVLTV · OMNI · ET · INSTRVMENTO
IMPENSA · AVGVSTINI · RICCI · CVR · ABSOLVTAM
RITE · PIAVIT · PRID · KAL · DEC · A · MDCCCXXXX

XIII.

(Item)

EX · PERMISSV
VINCENTI · MACCHI · CARD · LEG · PROV · BONONIENS ·
OPERA · INSTANTIAQVE · AVGVSTINI · RICCI · CVRIONIS
AEDES · VI · TEMPORVM · ADVERSA
PER · XXXX · ANNOS · AD · PROFANOS · VSVS · ADDICTA
APERTA · ET · IN · SVBSIDIVM · CVRIAE · PVBLICATA
A · MDCCCXXXX

XIIII.

(Molinellae in finibus Agri Bononiens. ad Templ. Curiae)

ANNO · MDCCCXXXXIII
ANTONIVS · TOSTIVS
CARD · TIT · PETRO · AD · IANIC·
PROPRAEFECT · AERARI · PONT · MAX·
PROVINCIAS · PRAETORIA · POTESTATE · INVISENS
PRIMA · HEIC · HOSTIA · LITAVIT
VICANOSQVE · OMNES · PRAESENTIA · SVA
ADLOQVIO · LIBERALITATE · BEAVIT
CVIVS · REI · MEMORIAM
ANDREAS · CONTRIVS · ARCH · POSTERIS · TRADENDAM · CVRAVIT

XV.

(Item)

ANNO · MDCCCXXXXI
ALOISIVS · FRANZONIVS · ARCHIEP · TAVRINENSIVM
ET · BENEDICTVS · FOLICALDIVS · EPISC · FAVENTINORVM
IACOBVM · FRANZONIVM · CARD·
PRAEFECT · SACR · CONSILII · CHRISTIANO · NOMINI · PROPAGANDO
FRATRIS · PRAETORIO · SVCCEDENTEM
INVISENTES
HEIC · SACRVM · FECERVNT
ANDREAS · CONTRIVS · ARCH · AD · MEMORIAE · PERENNITATEM

XVI.

(*Bononiae ad Iosephi extra Porta[m] Caesaraugustanam*)

QVOD · REI · CHRISTIANAE · BENEVERTAT

III · CAL · OCT · AN · MDCCCXXXXIIII

KAROLVS · OPPIZZONIVS

CARD · ARCHIEP · BONONIENSIVM

TEMPLVM

DEO · MAXIMO · AETERNO

IN · HONOREM

IOSEPHI · MARIAE · SANCTAE · VIRI

SOLLEMNIBVS · CAERIMONIIS · CONSECRAVIT

FESTO · ANNIVERSARIO

AD · DIEM · VIII · EIDVS · SEPTEMBRIS

IN · FASTOS · RELATO

XVII.

(*Bononiae in suburb. ad Aegidii Ab.*)

VNIGENAE · DEO · SEMPITERNO

IN · HONOREM · AEGIDII · ABBAE

AB · AVIS · ET · MAIORIBVS · SACRVM

TEMPLVM · BELLORVM · INIVRIA · DIREPTVM

ET · $\overline{\text{CCC}}$ · POST · ANNIS · QVAM · PRIMVM

CONDITVM · FVERAT · RESTITVTVM

QVVM · DENVO · TEMPORVM · VETVSTATE · SQVALERET

CAMILLVS · AZZARONIVS · ARCH · VIC · POT·

IMPENSA · SVA · ET · EX · CONLAT · CVRIATOR ·

TECTI · CONTIGNATIONE · REFECTA · AREA · CONSTRATA

MAENIANIS · PRO · ORGANO · MVSICO · AD · LATERA · EXTRVCTIS

ALTARIBVS · CVLTV · SPLENDIDIORE · AVCTIS

RESTITVENDVM

TYPISQVE · GYPSEIS · AVRATIS

ET · ORNAMENTO · OMNI · EXPOLIEND · CVR·

A · $\overline{\text{MDCCCXXXX}}$

XVIII·

(*Bononiae ad Benedicti Ab.*)

ANNO · MDCCCXXXXII

QVO · POMPA · SOLLEMNIS · SACRAM · AVG · DVCTA · EST

KAROLVS · OPPIZZONIVS · CARD · ARCHIEP ·

ARAM · PRINCIPEM

OPE · SVA · ET · EX · CONLATIONE · CAMILLI · RIZZARDI · CVR·

ET · V̄ · VIROR · REI · ECCL · ADMINISTRAND·

EX · MARMORE · REFECTAM

PRID · EID · IVN · RITV · SOLLEMNI · CONSECRAVIT

XVIIII·

(*Item ad Bartholomaei Beverariae in Suburb.*)

NICOLAVS · SANTOLVS · CVRIO

EX · CONLATIONE · SVA · ET · CVRIATOR·

OPERAQ · IOSEPHI · BRIGHENTI

TEMPLVM · HONORIS · SVI

A · MAIORIBVS · A · MDCCXXXIII · RESTITVI · CAEPTVM

PERFICIENDVM · ET · OMNI · CVLTV · EXORNANDVM · CVRAVIT

A · MDCCCXXXVIIII

XX.

(Cesenae in Aede Sodal. Franciscalium)

TEMPLVM · DEO
IN · HONOREM · MARIAE · PARENTIS · DESIGNATAE
QVOD · LABENTE · SAECVLO · XVIII
EX · INGENIO · PRAESCRIPTOQVE
LEANDRI · MARCONI · ARCHIT·
PICTVRIS · EIVSDEM · ABSIDEM · THOLVM
SVMMVMQ · SVBSELLIARIVM · DECORANTIBVS
A · FVNDAMENTIS · RESTITVTVM · FVERAT
ROMVALDVS · A · FAVENTIA
COENOBII · PRAEFECTVRAM · GERENS
CELLIS · PARIETIBVSQVE
PER · VENANTIVM · CAVINAM · VNDEQVAQVE · DEPICTIS
ABSOLVIT · ET · DEDIC · A · MDCCCXXXXII

XXI.

(*Bonon. in Aede Sodal. Mariae Perdolentis*)

QVOD · PERPETVVM
CONSTANTINVS · MARIA · ROCCA
EX · ORD · SODAL · MARIAE · PERDOLENTIS
PRAEPOSITVS · CVLTVI · EIVS · PROVEHENDO
PERISTROMA · CAPRVNIGEI · STAMINIS
MAGNIFICIS · OPERIBVS · PICTVM
QVOD · IN · PARTES · DIVISVM · TOTIDEM · MATRONAE · BONONIENS·
EX · INGENIO · PRAESCRIPTOQ · EIVS · ACV · PINXERVNT
CELLAE · MATRIS · MAGNAE · ORNANDAE · ADTRIBVIT
ANNO · MDCCCXXXVIIII
IDEM · NOVVM · OPVS · EX · PIORVM · CONLATIONE · AGGRESSVS
PALLIVM · AVRO · CONTEXTVM
RACHELIS · TARTARINIAE · MANV · ELABORATVM
SIMVLACRO · VIRGINIS · SANCTAE · IMPOSVIT
FESTOQVE · LVGVBRIS · HEBDOMADIS · AN · MDCCCXXXXII
PIETATI · BONONIENSIVM · EXHIBVIT · ET · DEDICAVIT

XXII.

(Bononiae ad Ioannis in Monte)

CAIETANVS · BOTTRIGARIVS

SACRVM · QVOD · HEIC · QVOLIBET · ANNO

BINIS · CEREIS · ARDENTIBVS

VIVENS · FACIENDVM · CVRAVERAT

IDEM · SVI · SVORVMQVE · EXPIANDORVM · CAVSSA

FIERI · IN · ANNOS · X

ANNIVERSARIO · SVI · FVNERIS · DIE

MORIENS · TEST · LEGAVIT

PER · TABVLAS · VINC · PALOTTI · D · I · V · TAB·

ROGAT · XIII · K · IVL · A · MDCCCXXXXIIII

XXIII.

(Item ad Catharinae Via Majori)

EXORNATORES · AEDIVM · SACRARVM

CELLAM · HANCCE

VENANTII · PRAESTITIS · SALVTARIS

IN · QVA · ADMISSIS · DEFVNCTOR · EXPIAND·

PRIMA · HOSTIA · PRO · SINGVLIS

PERLITARI · FAS · EST

SIBI · A · NEOCORIS · CVRIALIBVS · VLTRO · ADTRIBVTAM

ELEGANTIORI · CVLTV · INSTAVRAVER · ANNO · MDCCCXXXXII

XXIII.

(In Aede Curiali Suburbana Bartholomaei ad Beverariam.)

IOANNES · BARBIERIVS · CVRIAE · HVIC · SVA · OMNIA
TESTAMENTO · LEGAVIT · LEGES · ITEM · LEGATORVM · IN
HANC · SENTENTIAM · DIXIT
QVAE · PECVNIA · EX · REDDITV · SCVTATOR · $\overline{CCCC}$ · N
REDIGETVR · EA · IN · EGENORVM · CVRIALIVM · SOLATIVM
QVOT · ANNIS · CEDAT
ITEM · EX · REDDITV · SCVTATOR · $\overline{MM}$ · N · Q · I · S · S
SINGVLIS · ANNIS · PERFICITO
SACRVM · FESTO · QVOLIBET · DIE · FACITO · SACERDOTI
FACIENTI · STIPES · ARBITRIO · CVRIONIS · DETVR
SOLLEMNIA · IN · TRIDVVM · HONORI · LEONARDI · CONF·
AD · VESPERAS · OBITO · MANE · SACRO · BIS · PERACTO
SVPPLICATIO · NOVENDIALIS · ESTO · AD · MEMORIAM
RECOLENDAM · SVAVISSIMI · CORDIS · IESV · BIS · ITEM
IN · DIE · SACRO · PERACTO
IVSTA · ANNIVERSARIA · SVNTO · IN · OCTAVVM · DIEM
NVMINI · AETERNO · ERGA · PIOS · MANES · PLACANDO
SINIS · PARITER · SACRIS · PERACTIS · SACERDOTI
PERAGENTI · IVLIOS · III · N · SINGVLIS · EXHIBETO
EX · PVELLIS · CVRIAE · MAXIME · EGENIS · SACRAE
CATHECHESEOS · SCHOLAM · FREQVENTANTIBVS · ET · AD
SACRAM · SYNAXIN · SEDVLO · ACCEDENTIBVS · QVAE

NEQVE · MINORES · ANNORVM · XII · NEQVE · MAIORES ANNORVM · XV · CAPTAE · SINT · PER · CVRIONEM · ET II · VIROS · REI · ECCL · ADMINISTRANDAE · QVATTVOR SORTITO · IISQVE · DOTEM · SCVTATORVM · X · N IMPERTITOR · SORTITIONIS · DIES · ESTO · QVI · QVARTVS DOMINICVS · ERIT · MENSIS · SEPTEMBRIS

ITEM · CVRIONI · CEDANT · SCVTAT · VI · N · PRO PORTIONE · DIRIBEND · PVERIS · PVELLISQVE · SINGVLIS FESTIS · DIEBVS · AD · LVDVM · CHRISTIANAE · DOCTRINAE ADVENIENTIBVS

STATIS · SOLLEMNIBVS · OB · ADVENTVM · SPIRITVS · SANCTI. IVLIOS · X · ADDITO · AD · PVBLIC · ADORATIONEM SACRAM · AVGVSTI

AD · SOLLEMNIA · HONORI · MARIAE · SANCTAE · ROSALIS INSTAVRANDA · SOLVITO · IVLIOS · X · ITEM · IVLIOS · V AD · SACRA · SOLLEMNIA · ANDREAE · CONF ·

RELIQVA · SI · QVAE · FVERINT · EX · ANNVO · REDDITV SCVTATOR · MM · N · DOTIBVSVE · PVELLIS · IAM PRAEMORTVIS · ADSIGNATIS · IN · SVBSIDIVM · ECCLESIAE CEDANT

CAETERA · BONORVM · VECTIGALIA · SACRIS · IN · PERPETVVM FACIENDIS · ADDICITO · SINGVLIS · SACERDOTIBVS SACRIS · OPERANTIBVS · IVLIOS · II · N · DATO

QVAE · OMNIA · AB · ONVPHRIO · PILATO · BAGGIO · RECOGNITA ET · SCRIPTA · NICOLAVS · SANTOLVS · CVRIO · ET CAIETANVS · CREMONINIVS · CVRATORES · DESIGNATI AD · PERENNEM · MEMORIAM · POSTERITATI · TRADENDA CENSVERVNT · A · MDCCCXXXVIII ·

(Bonon. Ad Aedem Curial.
.Burg. Panigal. in Suburb.)

XXV.

LVDOVICVS · AMBROSIVS · ARCHIP · VIC · POT ·
DOCT · COLLEG · THEOL · IVDEX · KLERICIS · PROBANDIS
ADOLESCENTVLIS · CVRIAE · VNIVERSIS
DOCTRINAM · CHRISTIANAM · FREQVENTANTIBVS
EAMVE · IMPENSIVS · ADSEQVVTIS
PRAEMIA · EX · REDDITV · SCVTATOR · M̄ · N · ADSIGNAVIT
ITEM · TESTAMENTO · EDIXIT
VTI · SACRA · $\overline{\text{LXXIII}}$
IN · SVI · EXPIATIONEM
STATIS · DIEBVS · SINGVLIS · ANNIS · FIERENT
VTIQVE · SACERDOTIVM · IN · PERPETVVM · CONSTITVERETVR
IVRE · NOMINANDI · DECESSORIBVS · ADTRIBVTO
IIS · LEGIBVS · IISQVE · CONDITIONIBVS
QVAE · PROSTANT · EX · TAB · CAMILLI · AMBROSII · D · I · V · TAB·
ROG · $\overline{\text{III}}$ · K · MAIAS · AN · $\overline{\text{MDCCCXXXXIIII}}$
CVIVS · BENEFICENTIAE · MEMORIAM
FRANCISCVS · MONTIVS · EX · SORORE · NEPOS
PERENNANDAM · CENSVIT
VINC · NATALIO · DOCT · THEOL · ECCLESIAE · OECONOMO

(Argentam missa)

XXVI.

ANNO · M · DCCC · XXXXIIII

CVRATORES · MVNICIPI · CONLATIONE · SVA

ET · V · E · CLARISSIMI · FALCONIERI · ARCHIEP·

ET · NEOCORORVM · ECCLESIAE

TEMPLO · HVIC · CVRIARVM · FINITIMARVM · PRINCIPI

NICOLAO · PONT · PATRONO · CAELESTI

AB · AVIS · ET · MAIORIB · SACR·

TEMPORVM · INIVRIA · FATISCENTI

ORNANDO · EXCOLENDOQVE

Q · I · S · S

PERFICIENDA · CVRAVERVNT

PAVIMENTVM · QVAQVAVERSVS · SECTILIBVS · STRATVM

SVBSELLIA · AREAE · TEMPLI · SVPREMAE · RESTITVTA

CELLA · MAXIMA · PICTVRIS · EVANESCENTIBVS

CVLTV · NOVO · INLVSTRATA

CELLA · SACRAM · AVG · ALTARI · MARMOREO

INSTRVCTA · RELIQVAE · VEL · A · NOVO · CONDITAE

VEL · SQVALORE · DETERSO · OPERE · SPLENDIDIORE
EXORNATAE
FONS · SALVTARIS · LAVACRI · E · MARMORE
EXTRVCTVS · ET · FASTIGIO · ORNATVQVE · OMNI
EX · AERE · INAVRATO · COMPTVS
SACRARIVM · DIAETA · PRO · SCHOLA · COLLEGI
CANONICOR · BINISQVE · MAENIANIS · CONTINENTIBVS
IMPOSITIS · AB · INCHOATO · REFECTVM · ET
CVSTODIARIIS · OMNIGENIS · ET · SVPELLECTILI
SACRA · DITATVM
QVAE · OMNIA · CLARISSIMVS · FALCONIERIVS · CARD·
ARCHIEP · PRAESENS · PROBAVIT · PRIMVSQVE
ARCHIEPISCOPORVM · A · CVRIA · CONDITA
ADSTANTIBVS · PATRIBVS · CANONICIS · HONESTIORIBVS
AD · DIGNITATEM : INSIGNIBVS · DEPRECANTE · EO
EXORNATIS · SACRVM · RITV · SOLLEMNI · FECIT
ALEX · CANTELLIO · PRAEP · MVNICIP ·

XXVII.

(In Agro Bononiensi pro Sacris Curiae Aeribus Ad Petri Serravallensis.)

HONORI · PETRI · APOSTOLOR · PRINCIPIS

ALOISIVS · GRIMANDIVS · CVRIO

NICOLAVS · CLO · ET · IOSEPHVS · FABBRIVS

CAETERIS · CVRIANIS · SERRAVALLENSIBVS · MONTANIS

ADIVTORIBVS

PER · C · G · FLATVRAR ·

EX · AERE · VET · CONFLAND · CVR ·

A · MDCCCXXXXI

XXVIII.

(In Agro Bononiensi pro Aeribus Curiae Sabluncellianae)

HONORI · VICTORIS · MART ·

PRAESTITIS · SOSPITATORIS

DIVITES · ET · POPVLVS · CVRIAE · SABLVNCELLIANAE

FRANCISCO · GRATTA · RECTORE

AN · MDCCCXXXX

CAIET · BRIGHENTIVS · BONONIAE · FVDIT

XXVIIII.

(In Agro Ferrariens. pro Sacris Aeribus Curiae Casaleensis.)

(I.)

IN · HONOREM · D · N · MARIAE · SIDERIBVS · RECEPTAE
PATRONAE · CAELESTIS · CVRIAE
ALOISIVS · ROCCHIVS · ARCHIPRESB · CASALEENSIS
D · P · S · CONFL · CVRAVIT
A · M · DCCC · XXXXIIII
PER · C · B · FLATVRAR ·

(Sub Effigie)

AGROS · SI · CAELO · SPECTES
AGRICOLAS · NVMQVAM · DESTITVAT · SPES

XXX.

(II.)

IN · HONOREM · PHILVMENAE · VIRG · MART·
POPVLVS · CASALEENSIS · EX · AERE · VET · REF · CVR·
A · M · DCCC · XXXXIIII
PER · C · B · FLATVRAR ·

(Sub Effigie)

PROPITIA · PHILVMENA
NVLLA · GRANDO

XXXI.

(II.)

IN · HONOREM · EDVARDI · REG ·
GVGLIELMINI · IOAN · PATER · ET · ALOIS · FIL ·
CVRIATI · CASALEENSES
D · S · P · CONFL · CVRAVER ·
A · M · DCCC · XXXXIIII
PER · C · B · FLATVRAR ·

(*Sub Effigie*)

TE · PROTEGENTE
NON · SENTIET · ROBIGINEM · SEGES

XXXII.

(III.)

IN · HONOREM · FRANCISCI · PAVLLANI
ALOIS · CETTIVS · CVRIANVS · CASALEENSIS
EX · AERE · VET · REST · SVA · IMPENSA · CVR ·
A · M · DCCC · XXXXIIII
PER · C · B · FLATVRAR ·
VSV · ECCLESIAE · CONCESSO · MANCIPIO · SIBI · RESERVATO

(*Sub Effigie*)

TE · VOLENTE
FRVGVM · ACERVOS · PRAEBEBIT · ANNVS

INSCRIPTIONES HONORARIAE

(Bononiae in Monumento)

XXXIII.

(I.)

(In parte antica)

BENEDICTO · XIIII

PONTIFICI · MAXIMO

AMPLIFICATORI

DIGNITATIS · SVAE

XXXIIII.

(II.)

(In parte postica)

QVOD·PATRIAM·CIVESQ·SVOS

CONSECRARIT

BONONIENS · PVBLICE

A · MDCCCXXXXIIII

(In Hypobasi)

XXXV.

(III.)

IN · DIES · MAIOR · INTEREST · POSTERITATI

XXXVI.

(*Extra Bononiam ad Michaelis Nemorensis Sub Effigie*)

PIO · VII · PONT · MAX·
PER · QVEM
MAIESTAS · LOCI · REVIXIT

XXXVII.

(*Cingulum missa*)

PIO · VIII · PONT · MAX·
CIVI · MAGNO
PATRONO · MERENTI
CVIVS · PROVIDENTIA
CONLEG · CANONICOR · NOVO · SPLENDORE · AVCTVM
TEMPL · MAX · AMPLISS · DONARIIS · INSTRVCTVM
SODALITAS · CIMANOR · REDDITIBVS · LOCVPLETATA
OMNIA · DEMVM · AD · SVMMAM · DIGNITATEM · EVECTA
ORDO · SVPREMVS · CANONICOR·
NOBILITATVS · ET · AVCTVS · OMNI · INDVLGENTIA
ET · LIBERALITATE · EIVS
PARENTI · PATRIAE · ET · ECCLESIARVM
QVEM · ET · PRAEPOSITVM · ECCLESIAE · SVAE
IN · ANNOS · PLVRES · VENERATVS · EST
OB · ADLATVM · AB · EO · PRIMVM · IN · PATRIAM
SACRI · PRINCIPATVS · DECVS
MVLTAQVE · DECORA · COLLATA
DEDIC · POST · MORTEM

XXXVIII.

(*Vulgata Typis*)

**VINCENTIO · MACCHIO · CARD · TIT · IOAN · ET · PAVLLO
PRAEF · SACRI . CONSILII · TRIDENT · DECRET · INTERPRETANDIS
LEGATO · PROVINCIAE · BONONIENSIS
VIRO · OB · INVICTVM · DIFFICILLIMIS · TEMPORIBVS · ANIMVM
INQ · REBVS · ARDVIS · CONSILIVM
PONTT · MAXX · MAGNORVMQ . EVROP · PRINCIPP·GRATIA·INCLYTO
QVEM · HELVETIA · IVRA · ECCLESIAE · TVTANTEM · VIDIT
LVSITANIA · AD · VLTIMAS · ASIAE · REGIONES
CHRISTIANI · NOMINIS · PROPAGATOREM · HABVIT
GALLIA · POST · VIOLENTOS · AERVMNARVM · IMPETVS
CONCILIATOREM · EXPERTA · MIRATA · EST
ITEMQVE · POST · REDITVM · IN · ITALIAM
MVLTIS · IN · VRBE · FORISQ · PRAEFECTVRIS · E · R · P · GESTIS
BONONIENSIBVS · DATO
VTI · IVSTITIA · EIVS · CONSTANTIA · PRVDENTIA
RELIGIO · BONAEQ · ARTES · FLORERENT · COMMERCIA · ALERENTVR
PAX · CONCORDIA · DIGNITAS · CIVIVM · TVTA · ESSET
CVIVS · PRAECLARA · ADMINISTRATIONE · STVDIOQVE · PERPETVO
FAVTORES · RERVM · NOVARVM · SILERE · IVSSI
OTIOSORVM · IGNAVIA · AD · OPVS · MERCEDE · EXCITATA
DAMNA · OB · TORRENTIVM · AQVARVM · ADLVVIONES · LEVATA
VIA · IN · ETRVRIAM · FRVSTRA · HACTENVS · EXPETITA
PER · EXCISAS · RVPES · SVSPENSASQVE · ARCVBVS · MOLES · APERTA
VRBS · OMNI · ORNAMENTORVM · GENERE · EXCVLTA
OPPIDA · CIVITATE · NOBILITATA · SVNT
POPVLVS · VNIVERSVS
PRAESIDI · OPTIMO · PROVIDENTISSIMO
QVINTVM · LEGATIONIS · ANNVM
A · D · XVIII · KAL · IVLIAS · A · MDCCCXXXX · AVSPICANTI
FAVSTE · FELICITER · ADPRECATVR**

XXXVIIII.

(*Typis Edita*)

VINCENTIO · MACCHIO · CARD · TIT · IOANNE · ET · PAVLLO
PRAEF · SACRI · CONSILI · TRIDENT · DECR · INTERPRETAND ·
LEGATO · PROVINCIAE · BONONIENS ·
VIRO
LEGATIONIBVS · AMPLISS · HELVETIC · LVSITAN · GALLIC ·
DIFFICILLIMIS · TEMPORIBVS · IN · EXEMPLVM · PERFVNCTO
MAGNISQ · REGIBVS · PERACCEPTO
DIGNITATEM · ET · DECVS · PROV · N ·
VIRTVTE · DOCTRINA · BENEFICENTIA
SVSTINENTI · AMPLIFICANTI
QVO · AVCTORE · EODEMQ · ADIVTORE · MVNIFICENTISSIMO
D · N · GREGORIO · XVI · PONT · MAX ·
MISERAE · PLEBI · EXORATO
ANNONA · SALARIA · ADLEVATA · EST
FAMILIAE · AD · CONCORDIAM · REVOCATAE · SVNT
PRAESIDES · MVNICIPIOR · ACCOLAEQ ·
AD · EXTREMA · DITIONIS · REGIONI · MVTINENSI · ADIACENTIVM
NOVA · BENEFICI · ADIECTIONE · CVMVLATI
PRINCIPI · OPTIMO · PROVIDENTISSIMO
ANNO · MDCCCXXXX

XXXX.

(Bonon. in veteri Archigymnasio sub Protome)

HONORI · ET · NOMINI
VINCENTĪ · MACCHĪ · CARD · LEGATI · BONONIENSIS
VIRI · OB · SPLENDIDISS · LEGATIONES
ET · PROVINCIARVM · PRAEFECTVRAS
AN · XXXX · ECCLESIAE · REIQVE · PVB · BONO · ADMINISTRATAS
SVMMORVM · PONTIFICVM · IIII
CLARISSIMORVMQ · EVROPAE · REGVM · PRAECONIA · INDEPTI
QVOD · SAPIENTIA · CHARITATE · CONSILIOQ · POTENS
DISSIDENTIBVS · ANIMIS · CONCILIATIS
SECVRITATEM · CIVIB · TRANQVILLITATEM · REDDIDERIT
CIVITATEM · N · LVE · FINITIMAS · PROVINC · AFFLICTANTE
LEGIB · TVEND · VALETVD · DICTIS · SVBSIDIISQ · VNDIQVE · PARAT ·
TRISTISSIMO · PERICVLO · LIBERAVERIT
POPVLOS · TORRENTIVM · AQVARVM · ADLVVIONIBVS
DETERRITOS · DOMIBVSQVE · EXTORRES
FLVMINVM · VI · MOLIB · OPPOSITIS · DOMITA · EXHILARAVERIT
REIQVE · FRVMENTARIAE · ANNONA
PROVIDENTISSIMO · CONSILIO · SVO · ADLEVATA
MVNICIPIVM · EX · SVMMIS · DIFFICVLTATIBVS · EXPEDIERIT
QVODQVE · EO · AVSPICE · CIVIVM · STVDIO · EXEMPLIS · EXCITATO
SPECIES · VRBIS · INGENTIBVS · MOLITIONIB · AVCTA
ITER · IN · ETRVR · PER · EXCIS · RVPES · FELICITER · OCCEPTVM
ARCHYGIMNASIVM · FAMA · MAIORVM · BIBL · MVNIC · ADDICTVM
VIAE · EXTRA · POMOERIVM · QVA · COMMEANTIBVS · APERTAE
QVA · CIVIBVS · AD · APRICANDVM · PROLATAE · SINT
FRANCISCVS · GVIDOTTVS · MAGNANIVS · MARCH · SEN ·
EQ · TORQ · GREGORIAN · EQ · COR · FER · CVM · VIII · VIRIS · R · P · C ·
PRINC · BENEFICENTISS · AD · SEDEM · HONORIS · SVI · REGREDIENT ·
DESIDERIO · VOTISQVE · POPVLORVM · OBSEQVVTVS
EX · DECRETO · MVNICIPĪ · DEDIC · A · MDCCCXXXXI
PIGNVS · IDEM · ET · SOLAMEN · ABSENTIVM

XXXI.

(*Vulgata Typis*)

GAVDE · FELSINA · ET · PLAVDE
QVOD · SVPPLEX · OPTABAS · VIXQVE · SPERARE · AVDEBAS
ECCE · TIBI
PER · GREGORIVM · XVI · PONT · MAX·
CAELITVS · DATVM
IPSE · ADEST · ALOISIVS · VANNICELLIVS · CASONIVS
S · R · E · CARD·
QVEMQVE
PETRI · HVGONIS · SPINOLAE · CARD·
PRAESVLIS · TVI · OPTIMI · BENEFICENTISSIMI
VICE · SACRA · FVNGENTEM · FAMA · MAIOREM · AGNOVISTI
PARENTEM · RECTOREM · NVNC · TVVM · VENERABERE
AGE · LAETAQVE · OCCVRRE · AVSPICI · LAETITIAE · PVBLICAE
TVQVE · AGE · SVCCEDE
DELICIAE · ET · AMOR · POPVLORVM
EN · BEATA · PONE · FAVSTITAS · INGREDITVR
TECVM · IAM · PRISCA · FIDES · TECVM · REDIBIT · VIRTVS
PATRVM · TV · BONAS · REVOCABIS · ARTES
TV · NOSTRIS · PACEM · FINIBVS · REFERES
DVLCIA · TV · VICTOR · EVAGANTI · LICENTIAE · INIICIES · FRENA
SECVRITATIS · NOSTRAE · VERE · AMPLIFICATOR · ET · AVCTOR

RAPHAEL · TINTIVS · ET · LEO · MERLANIVS
TYPOGRAPHI · LEGATIONIS
DE · ARTE · SVA · DEDIC·
A · MDCCCXXXXIIII

XXXXII.

(*Vulgata Typis*)

ADVENTVS · HODIE · EST · PARENTIS · PVBLICI

GAVDETE · VNIVERSI · ET · PLAVDITE

TVQVE · AGE · VRBI · NOSTRAE · SVCCEDE

BONARVM · ARTIVM · VINDEX

INCLYTE · ANTONI · TOSTI · CARDINALIS

AD · GRANDIA · QVAEQVE · SPLENDOREMQVE · R · P · NATE

QVODQVE · TIBI · NVNC · DAMVS

EXIGVVM · OFFICINAE · NOSTRAE · LIBRARIAE

TYPORVMQVE · EX · AERE · CONFLANDORVM

SPECIMEN

TV · BONVS · ACCIPE

VTI · MONVMENTVM · PATRIAE · CARITATIS · ET · OBSEQVII

DECVRIAE · VNIVERSAE · TYPOGRAPHORVM · SAXIANORVM

QVI · TE · PRAESENTE · LAETAMVR

MEMORISQVE · ANIMI · CELEBRATIONE · COLEMVS

XXXXIII.

(*Typis. Edita*)

HONORI

ANTONI · TOSTI · CARD · TIT · PETRO · AD · IANIC·

PRO · PRAEF · AERARI

QVOD

EIVS · OPE · INSTANTIAQVE

D · N · GREGORIVS · XVI · PONT · MAX·

ANNONA · SALARIA · TEMPERATA

IN · SINGVLAS · LIBRAS · QVADRANTEM · ADIICIENDVM

INDVLSERIT

MAGISTRATVS · ET · PLEBES · REG · MVT · ADIACENTES

OB · INSIGNEM · ERGA · SINGVLOS · PIETATEM

ET · CVM · EXIMIA · ADMINISTRATIONE

SINGVLAREM · ABSTINENTIAM

SIGNIFICATIONEMQVE · CERTAM · CONSTANTIS · VOLVNTATIS

PATRONO · OPTIMO

A · M · DCCC · XXXX ·

XXXXIIII.

(*Typis Edita*)

VIRO · EMINENTISSIMO

ANTONIO · TOSTIO

PRO · PRAEFECTO · AERARII · PONT · MAX ·

ADSERTORI · FELICITATIS · POPVLORVM

PHILIPPVS · BOSCHIVS · MARCH ·

PRAEPOSITVS · TABELLARIOR · ET · CVRSVS · PVBLICI

REGIONIS · TERTIAE

CVM · CAIETANO · BERZOVINIO · IOSEPHO · MARCHESINIO

ALOISIO · BACIALLIO · ET · CAIETANO · LAMBERTINIO

PRIMORIBVS · SCRIBIS

AD · FAVSTVM · FELICEMQVE · DIEM

XV · K · APR · A · M · DCCC · XXXXIII·

POSTERORVM · MEMORIAE · COMMENDANDVM

QVO · PRAESIDEM · PROVIDENTISSIMVM

PROVINCIAS · PRAETORIA · POTESTATE · INVISENTEM

OMNIBVS · ORDINIBVS · GRATVLANTIBVS

BONONIA · HOSPITIO · ACCEPTVM · VENERATA · EST

HILARES · LAETIQVE · OPTATISSIMO · ADSPECTV · EIVS

DEDICAVERVNT

XXXXV.

(*Vulgata Typis*)

QVOD · PERPETVO · FELIX

LITERIO · TVRCHIO

PATRICIA · SEPTEMPEDANORVM · NOBILITATE

DOCT · THEOL · ET · I · V ·

CANONIC · THEOL · ECCL · CAMERT ·

DOCT · DEC · SACRIS · LITTERIS · TRADENDIS

PRAESIDI · CONLEG · THEOLOGOR · RECTORI · SACRI · SEMINARII

VICARIA · POTESTATE · ANTISTITI

VIRO · OPTIME · DE · ECCLESIA · EDITIS · VOLVMINIBVS · MERITO

QVEM

GREGORIVS · XVI · PONT · MAX ·

VIRTVTIS · DOCTRINAEQVE · FAVTOR · PROVIDENTISSIMVS

NVRSINORVM · EPISCOPVM · DIXIT

OFFICINATORES · LIBRARII · SAXIANI · BONONIENS ·

PRAESVLIS · AMPLISSIMI · PATROCINIO · LAETI

NOVVM · EIVS · HONOREM · GRATVLATI

SVPERSTES · DIV · HONORE · TVO · GAVDEAS

ADCLAMABANT

XXXXVI.

(*Bonon. Sub Protome ad Catharinae Via Caesaraugustana.*)

IOANNI · MARIAE · BATTISTINIO
CVRIONI · PER · AN · XXXVIII
QVEM · OMNIGENAE · VIRTVTIS · LAVDE
ET · MVLTARVM · LITTERARVM · GLORIA · FLORENTEM
GREGORIVS · XVI · PONT · MAX ·
INTER · CVBIC · ORNAMENT · ADLECTVM
COLLEGIO · CANONICOR · BASILICAE · PETRONIANAE · PRAEPOSVIT
ANTISTITEMQVE · DOMVS · SVAE · RENVNCIAVIT
CVIVS · LIBERALITATE
TEMPLVM · HONORIS · SVI · AB · INCOHATO · REFECTVM
AEDES · CVRIALES · OPERE · MVLTO · EXORNATAE
CENSVS · IN · ECCLESIAE · COMMODA
ATQVE · IN · EGENORVM · CVRIALIVM · SOLATIVM · AVCTVS
SERAPHIMVS · GIORGIVS · EIVS · IN · CVRIA · DECESSOR
CVM · FRANC · ALBERGATO · CAPACELLIO · GINIO
A · CVB · DVCIS · LVCENSIS · PRINC · HISP · NOMINIS
EQVITE · HIEROSOLYMARIO
ET · FRANC · VANNINIO · IOS · OGNIBENE · CAIET · NENZIONIO
IIII · VIRIS · REI · ECCL · ADMINISTRANDAE · PRAEPP·
EX · AVCTORITATE
KAROLI · OPPIZZONI · CARD · ARCHIEP ·
HONORIS · GRATIQVE · ANIMI · CAVSSA
DEDICAVERVNT

XXXXVII.

(Sub Effigie)

HANNIBALI · CINIO · BONONIENS ·
INGENIO · ET · ANIMO · MAXIMO
DOCTRINA · AETATEM · SVPERGRESSO
QVI · SALVTARIVM · ARTIVM · TIROCINIO
IN · PATRIO · LYCEO · MVLTA · CVM · LAVDE · POSITO
IBIQ · MEDICINAE · ET · CHIRVRGIAE · LAVREA · HONESTATVS
GALLIA · EDISCENDI · STVDIO · PERAGRATA
INCLYTISQVE · FAMILIARITATIB · FLORENS
POSTHABITIS · EXTERORVM · INVITAMENTIS
IN · PATRIAM · REDVX
CHIRVRGIAE · SCIENTIAM
CVM · CLINICES · PROFESSIONE · CONIVNGENS
ARTES · CIVIBVS · MIRE · PROBAVIT · SVAS
ET · MEDICVS · AB · OCVLIS · EXPERIENTISSIMVS · HABITVS · EST
ARCHANGELVS · GAMBERINIVS
VIRO · BENEFICENTISSIMO
QVO · SVAE · SVORVMQVE · VALETVDINIS · VINDICE
IN · ANNOS · PLVRES · VSVS · LAETATVS · EST
CVIQVE · HOC · DEBET
QVOD · EX · ANCIPITI · OCVLORVM · MORBO
INVICTVS · AC · RECREATVS · REVIXERIT
VTI · SOLLERTIAM · EIVS · CONSILIVM · CHARITATEM
POSTERIS · TESTATAM · RELINQVERET
QVOD · POTVIT · VNVM
EXIGVVM · GRATI · ANIMI · MONVM ·
DEDIC · AN · MDCCCXXXXIIII

XXXXVIII.

(Sub Protome)

AMYCO · RICCIO · MARCH ·
PATRIC · MACERATENS · NOBILIT · AB · AVIS · ET · MAIORIB ·
INCOLAE · BONONIENSI
EQ · MAVRITIAN · LAZZARIAN ·
IN · PLEROSQVE · DOCTORVM · VIRORVM · COETVS
HONORIS · CAVSSA · ADLECTO
QVEM · INGENII · LAVDE
ET · BONARVM · ARTIVM · LITTERIS · INCLYTVM
GREGORIVS · XVI · PONT · MAX ·
DOCTRINAE · IVDEX · ET · FAVTOR · PROVIDENTISSIMVS
SODALITATI · BONIS · ARTIB · EXCOLENDIS
BONONIAE · PRAEFECIT
CVLTORES · ALIQVOT · ARTIVM · BONARVM
NOVVM · EIVS · HONOREM · VIRTVTE · STVDIOQ · PARTVM
LAVDI · OMINIQVE · SIBI · ET · PATRIAE · VERTENTES
VIRO · MVLTARVM · LITTERARVM
CONSILIO · SCRIPTIS · ERVDITIONE
OMNIVM · CONSENSIONE · CLARISSIMO
DEDICAVERVNT
ANNO · MDCCCXXXXV
HONORIS · SVI · PRIMO

XXXXVIIII[!].

(*Vulgata Typis*)

VIRTVTI · ET · NOMINI
MAXIMILIANI · ANGELELLI
PRAESIDIS · CONLEG · PHILOLOGORVM
DOCT · DEC · LINGVAE · GRAECAE · ET · HISTORIAE · TRADEND ·
IN · LYCEO · MAGNO · BONONIENS ·
DOCTRINA · POLYHISTORIS
QVEM · EGREGIA · SCRIPTA · ET · EXIMIAE · ANIMI · VIRTVTES
POSTERITATI · COMMENDABVNT
AVDITORES · AN · MDCCCXXXXIII
ANTISTITI · STVDIORVM · SVORVM
VNO · ANIMO · PLAVDENTES · ADCLAMABANT
O · CVI · LITTERAE · BONAEQ · ARTES
QVOD · STENT · QVOD · VIGEANT
QVOD · IN · SPEM · VETERIS · GLORIAE · FLORESCANT
FATENTVR · ET · FATERI · GAVDENT
EXIGVVM · GRATI · ANIMI · OFFICIQVE · NOSTRI · MONVMENTVM
QVOD · TIBI · TVVS · AMOR · TVA · CVRA · ADOLESCENTES · DAMVS
VOLENS · PROPITIVS · ACCIPE
TVISQVE · TAMDIV · CLIENTIBVS · ADESTO
QVAMDIV · TVI · GLORIA · MAGISTERI
INFIXA · GRATIS · INSIDEBIT · ANIMIS

L.

(*Typis Edita*)

RAINALDO · BAIETTIO · BONONIENS ·

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΙ

VRBIS · N · DIGNITATEM · ARTIVM · STVDIA

SVSTINENTI · AMPLIFICANTI

IVRIS · CONSVLTO · PER · ITALIAM · CLARISSIMO

AVDITORES · AN · MDCCCXXXXIII

DOCTORI · SVO · GRAVISSIMO · COPIOSISS ·

IN · INSTIT · I · NAT · ET · GENT · TRADEND · EXPLANAND ·

PERSPICVITATE · INGENIO · DOCTRINA

FAMAM · OMNEM · SVPERGRESSO

VOLENTES · ADCLAMANT

MACTE · O · INCLYTAE · PATRIAE · IVBAR

MACTE · O · TVORVM · DELICIAE · CLIENTVLORVM

SINE · VNANIMES · PLAVDAMVS · TIBI

VNVM · ROGARE · AVSI · ANIMO · NE · EXCIDAT · TVO

QVORVM · PRAECEPTOR · QVORVM · PARENS · PERPETVO · FVERIS

LI.

(*Typis Edita*)

ALOISIO · MARIAE · AGVILAR

DOMO · NEAPOLI

E · SODALITATE · PAVLLI · ET · BARNABAE · MAGNOR · APP ·

DOCTORI · POESEOS · ET · ELOQVENTIAE · TRADENDAE

IN · GYMNASIO · LVCIANO · BONONIENS ·

ADOLESCENTI · GRAVISSIMO

IN · IVVENTVTE · SVA · PRVDENTIAM · SENVM · ADSEQVVTO

QVEM · MVLTARVM · DISCIPLINARVM · GLORIA · FLORENTEM

SVMMA · HVMANITAS

ET · ANIMORVM · IVVANDORVM · PERPETVVM · STVDIVM

INSIGNI · OMNIVM · CONSENSV · COMMENDANT

AVDITORES · AN · MDCCCXXXXII

DISCIPLINARVM · LIBERALIVM · EXPERIMENTIS · PVBLICATIS

OMNIBVS · LAETITIIS · PLAVDVNT

ANTISTITI · STVDIORVM · SVORVM

FAMAM · PERENNEM · MERITO

LII.

(Typis Edita in libello thesium etc.)

QVOD · FELIX · FAVSTVMQVE · SIT

HONORIS · OFFICIIQVE · CAVSSA

ANTONIO · MAGRINIO

DOCTORI · IVRIS · SACRI · ET · CIVILIS

ADLECTO · INTER · PATRES · CANONICOS · VERVCVLANOS

VICARIA · POTESTATE · IN · ECCL · CERVIENS · FVNCTO

VICE · SACRA · ANTISTITI · CAESEN ·

IOACHIMVS · DOMO · VERVCVLO

SODALIS · FRANCISCALIS · E · FAMILIA · REFORMAT ·

HAS · LECTAS · THEOLOGORVM · SENTENTIAS

DE · DEO · TRINO

QVAS · CAESENAE

AD · MARIAE · DEI · PARENTIS · DESIGNATAE

ADSTANTE · PETRO · FRANCISCO · DOMO · FAVENTIA · ORD · EIVSD·

DOCTORE · THEOLOGIAE · TRADENDAE

AB · OBIECTIS · VINDICAT

CORAM · PRAESENTI · PRAESENS · OBFERT

OPTIMO · PATRONO

LIII.

(*Vulgata Typis*)

HONORI

PAVLLI · DOMO · CASTRO · PETRIANO

PRAEF · SODAL · FRANCISCAL · CAPVLATOR ·

APVD · BONONIAM · CONSISTENTIVM

IN · CONSILIVM · REB · ORD · SVI · DEFINIEND · ADSCITI

VIRI · INGENIO · DOCTRINA · PRVDENTIA

ANIMI · DEMISSIONE · COMMEMORABILIS

QVOD · NITORIS · DOMVS · SANCTAE · DEI

DESIDERIO · EXARDESCENS

CIVIVM · BONONIENSIVM · PIETATE · SVFFVLTVS

AEDEM · FAMILIAE · SVAE

IOSEPHO · CVSTODI · DEI · PVERI · SACRAM

MIRO · AVSV · RESTITVI · CAEPTAM

SVPRA · CIVIVM · VOTA

TRIENNIO · AD · OPERIS · DIGNITATEM

PERFECERIT · DEDICAVERIT

CVLTORES · ALIQVOT · CAELESTIS · PATRONI

RERVM · AGENDARVM · PERITIAM

CONSTANSQVE · PROPOSITVM · EIVS · GRATVLATI

EVGE · ADCLAMANT

O · BENE · DE · RE · CHRISTIANA · MERITE

FAMLIAE · TVAE

VOTISQVE · BONORVM · VIVE · AD · MVLTOS · ANNOS

LIIII·

(Typis Edita in libello)

MICHAELI · MEDICEO

LITTERIS · SCRIPTIS · INGENIO · ANIMO

MAXIMO

MARCVS · PAVLINIVS

INCLYTI · PRAECEPTORIS · SVI

VIRTVTEM · SAPIENTIAM · DOCTRINAM

MEMORI · MENTE · REVERITVS

OBFERT

SESEQVE · DICAT

CLARISSIMO · PHYSIOLOGORVM

LV.

(Vulgata Typis)

MATTHAEO · RICCIO · MARCH ·
PATRIC · MACERATENS · NOBILIT · AB · AVIS · ET · MAIORIB ·
ADOLESCENTI . · ANNOR · XVII
GRAECE · LATINE · GERMANICE · GALLICE · SCIENTI
PRVDENTI · SVPRA · AETATEM
QVOD
PHILOSOPHIAM · IN · SACR · SEM · BONONIENS ·
MAGNO · ANIMO · AGGRESSVS
ANNO · CVRRICVLI · SVI · VIX · PRIMO
SELECTAS · PHILOSOPHORVM · SENTENTIAS
DOCTRINA · MIRA · ERVDITIONE · PARI
AB · OBIECTIS · VINDICAVERIT
ARCHANGELVS · GAMBERINIVS
ACCEPTISSIMI · SIBI · ADOLESCENTIS
QVOCVM · DVLCISSIME · FAMILIARISSIME · VTITVR
VIM · INGENII · GRATVLATVS · ADCLAMAT
MACTE · IVVENCVLORVM · FLOSCVLE
PATREM · NOMINIBVS · TITVLISQVE · MAGNVM
CONSILIO · CARITATE · BENEFICENTIA · MAIOREM
REFER
DIVQVE · SVPERSTES · RECTEFACTIS · HONORIBVS · AEQVA
MACTE · VIRTVTE · PVER
SIC · ITVR · AD · ASTRA

LVI ·

(*Vulgata Typis*)

QVOD · FELIX · PERPETVVMQVE · SIT

PRID · NON · APR · AN · MDCCCXXXXII

BONIS · OMNIBVS

FAVSTISSIMO · CONNVBIO · PLAVDENTIBVS

PETRI · PASI

ET · CLOTILDAE · EX · COM · PENALVER ·

ALOISIA · MARCONIA

NVPTAE · NOVENSILIS · AB · ADOLESCENTIA · CVSTOS

PLAVSV · IOCVNDISSIMO · EXHILARATA

FELICITER · PROSPERE · ADCLAMABAT

DVM · PEDES · MOVENT · DVLCES · AD · NVMEROS

VENVS · ET · AMOR

PVERI · PVELLAEQVE · VENITE · AD · MYRTVM

FAVSTA · OMINAMINOR

INSCRIPTIONES HISTORICAE

LVII.

(In Agro Bononiens. Ad Claternam.)

GREGORIO · XVI · PONT · MAX ·

QVOD · PROVIDENTIA · ET · LIBERALITATE · EIVS

CLATERNAE · AQVAS

ARENAE · AMNIVM · CONFLVENTIVM · AGGESTV

X · K · IVL — ELATO · SOLO · IMPEDITAS — SACRI

A · M — AGGERIBVSQVE · FATISCENTIBVS — PRINCIPATVS

DCCC · XXXIII — AGRO · CIRCVM · MINITANTES — EIVS · A · XIII

CVNICVLO · SVBSTRVCTO

QVA · FOSSA · AD · EGERENDVM · IMMITTERETVR

PER · NOVVM · ALVEVM

AD · MILLIAR · VI · DERIVANDAS · CVRAVERIT

TANTIQVE · OPERIS · MOLITIONEM

DE · SVO · NOMINE · ADPELLARI · PASSVS · SIT

PETRVS · HVGO · SPINOLA

CARD · LEGAT · PROV · BONONIENS ·

PARENTI · ET · VINDICI · PROVIDENTISS ·

ADSERTORI · SECVRITATIS

LVIII ·

(In Aedib. Municip. Ad Podium Rhenatic. In Agro Bononiens.)

D · N · GREGORIO · XVI · PONT · MAX ·
PATRI · POPVLORVM
QVOD · CVRA · INSTANTIAQVE
PETRI · HVGONIS · SPINOLAE · CARD · LEG · PROV · BONONIENS ·
PRAESIDIS · OPTIMI · PROVIDENTISSIMI
DOMOS · AGRVMQVE · CIRCVM · QVEM · FLVMINIS · AQVAE
XVIIII · KAL · SEPT · A · MDCCCXXXXII
AGGERIBVS · PRAERVPTIS · OCCVPARANT
AQVIS · PER · NOVOS · ALVEOS · DERIVATIS
ACCOLIS · CVLTORIBVSQVE · REDDIDERIT
VICANOS · AD · MILLIA · IIII · AB · DOMIBVS · SVIS · EXTORRES
PRAESENTISSIMO · MVNIFICENTIAE · STVDIO
CONDVCTIS · OPERIBVS · ALVERIT
SVBSIDIIS · OMNE · GENVS · EREXERIT · RECREAVERIT
MVNICIPIVMQVE · VNIVERSVM · EX · SVMMIS
DIFFICVLTATIBVS · EXPEDIERIT
MVNICIPES · ET · ACCOLAE
QVO · TANTAE · BENEFICENTIAE · MEMORIAM
ET · TEMPORVM · FELICITATEM
POSTERIS · TESTATAM · RELINQVERENT
DEDIC · A · MDCCCXXXXIII
PETRO · BATTAGLIA · EQ · ADV · PRAEF · I · D
ALOISIO · FERRARESIO · PRAEP · MVNIC ·
FRANCISCO · FORNASINIO · DOCT · MED · KAROLO · MAZZA
CVRATORIB · REI · MVNICIPALIS

LVIIII.

(Bonon. supra Pilam extra Portam Lammarum)

VINCENTIO · MACCHIO · CARD · LEG · PROV ·

HORTATORE · ET · AVSPICE · PROVIDENTISSIMO

FRANCISCVS · GVIDOTTVS · MAGNANIVS · MARCH · SEN ·

EQ · TORQ · GREGORIANVS · EQ · COR · FER ·

DECRETO · ORDINIS · MVNICIPII

VIAM · HANCCE · QVAE · POMOERIVM

PER · TOTIVS · VRBIS · CIRCVITVM · EXPLICARET

COEMPTO · SOLO · GEMINISQ · PONTIBVS · INAEDIFICATIS

DESIDERIO · OPTIMI · PRINCIPIS

QVOD · ET · VNIVERSAE · CIVITATIS · VOTVM · OBSEQVVTVS

COMMEANTIBVS · APERVIT · ET · DEDIC · A · MDCCCXXXXI

LX·

(*Bon. in Aedib. Legatitiis.*)

ALOISIVS · VANNICELLIVS · CASONIVS

CARD · LEG · PROV ·

VETVSTISSIMAM · HANC · TRIBVNORVM · AVLAM

CVRATORIB · REI · ANNONARIAE

PRAEPP · MANSIONIB · COPIAR · EXTERARVM

IN · CIVIT · TENDENTIVM · ORDINANDIS

PRAEFF · AEVITATIB · SOBOLIB · FAMILIISQVE

POPVLI · CENSENDIS

VICE · TEMPORVM · ADSIGNATAM

TITVLIS · SIGNISQVE · RENOVATIS

RESTITVI · IVSSIT

ET · PRAEPOSITIS · COMMEATIBVS

PER · ITINERA · DANDIS · COGNOSCENDIS

ADTRIBVIT

ANNO · MDCCCXXXXV

LXI.

(*Bonon. in Aedib. Archiep.*)

KAROLVS · OPPIZZONIVS · CARD · ARCHIEP·

QVO · BIBLIOTHECAM · ET · CONCLAVE · PICTIS · TAB · ADSERVAND·

A · SE · ANTEA · CONSTITVTA · MVLTOQVE · OPERE · INSTAVRATA

SARTA · TECTAQVE · TVERETVR

MOLITIONEM · HANC · OPERIS · MESSIB · RECONDENDIS

IISDEM · SVPERPOSITAM

A · DECESSORE · SVO · ACHILLE · GRASSIO · CARD · REFECTAM

RVRSVS · INIVRIA · TEMPORVM · FATISCENTEM

CONTIGNATIONE · QVAQVAVERSVS · RESTITVTA

A · NOVO · REFICIEND · CVR · AN · MDCCCXXXXIIII

LXII.

(*In Agro Centensi*)

ANNO · MDCCCXXXXII

EX · AVCTORITATE · D · N · GREGORI · XVI · PONT · MAX ·

LITTERIS · PRID · KAL · APR · DATIS

DECRETOQVE · A · V · E · KAROLO · OPPIZZONIO · CARD · ARCHIEP ·

VIIII · KAL · MART · EXEQVVTIONIS · ERGO · PROLATO

XII · VIRI · PRAEPOSITI

REI · PAVPERVM · QVEIS · EGESTAS · PVDORI · EST · ADCVRANDAE

QVI · ET · CVRATORES · HEREDITATIS · DVGLIOLIAE

CONTINENTIA · PRAEDIA · V · EX · FVNDO · AMPLISS ·

MARSIGLIA · ADPELLATO

ALOISIO · GALLERANIO · CENTENSI

IVRE · EMPHITEVTICO

PER · TABVLAS · CAESARIS · STAGNI

DOCT · I · V · TAB · DEDIT · ADTRIBVIT

LXIII.

(Bononiae in veteri Archigymnasio)

FRANCISCO · GVIDOTTO · MAGNANIO · MARCH ·

EQ · COR · FER · EQ · TORQ · GREGORIAN ·

SENATORE

ORDO · MVNICIPII

CONCLAVE · HOC · COETIBVS · LITTERARIIS · AGENDIS

AD · INCREMENTA · ARTIVM · SALVTARIVM

SODALITATI · N · ADTRIBVIT

ANNO · MDCCCXXXXII

SODALES · CONSESSORES

TANTAM · INDVLGENTIAM · MEMORI · MENTE · REVERITI

ΜΝΗΜΗΣ · ΧΑΡΙΝ

LXIIII ·

(Bononiae ad Martini Pont.)

EX · MAENIANO

VETVSTISSIMAE · PORTAE · VRBIS

AD · EXPEDIENDAM · VIAM · EVERSAE

HVC · INLAT · A · $\overline{\text{MDCCCXXXV}}$

LXV·

(Bonon. in Aedib. Collegii Venturoliani)

$\overline{\text{III}}$ · VIRI · COLL · ADMINISTRAND · PRAEPP ·

APOSCHEMATA

DONARIA · IACOBI · DEMARIAE

PLASTIS · ET · SCALPTORIS · PRAESTANTISSIMI

ADDITIS · ALIQVOT · ALIVNDE · COMPARATIS

SEDE · ADTRIBVTA · DIGESSERVNT

GERMANORVM · IN · PRIMIS · LAVDES · RETVLERIT
PARTA · IAM · SIBI · PER · EVROPAM · VNIVERSAM
CELEBRITATE · ET · EVGENI · VICE · SACRA · PER
ITALIAM · FVNGENTIS · OB · ADEPTAM · SIBI
DOCTRINAE · FAMAM · GRATIA · INCLYTVS · REGIAM
AVCTORITATEM · SEQVVTVS · MVSEIS · HISTORIAE
NATVRALIS · BONONIENS · PAPIENS · PATAVIN ·
AMPLIANDIS · PRAEFECTVS · EIVSQVE · REI · ERGO
LVTETIAM · PARISIORVM · MISSVS · EST
REVERSVS · IN · PATRIAM · SODALIS · INSTITVTI · ITALICI
ADLECTVS · ET · INTER · SODALES · BENEDICTINOS
ACCERSITVS · IN · EORVM · CONVENTIBVS · DISSERVIT
SAEPE · ET · PERDOCTE
EVNDEM · COLLEGIA · MAXIMA · SOPHORVM · LONDINENSIVM
PARISIENSIVM · BEROLINENSIVM · PETROPOLITANOR ·
TAVRINENSIVM · NEAPOLITANORVM · VTRIVSQVE · SICILIAE
ET · AMERICAE · SODALEM · COOPTARVNT
POST · TEMPORVM · CONVERSIONEM · IMMOBILI · ERGA
PRINCIPEM · FIDE · XXXX · VIR · MVNICIPIO · REGVNDO
ELECTVS · MVNERE · PRIMICERI · TEMPLI · METROPOLITANI

VIM · ACERRIMAM · LITTERIS · PRAECLARE · INSTITVTVS
EST · IN · PHILOSOPHIA · ET · THEOLOGIA · ADDISCENDA
DOCTORES · PER · EA · TEMPORA · FACILE · PRINCIPES
AVDIVIT · TANTISQVE · DOCTORIBVS · AVDITOREM · SE
DIGNVM · PRAEBVIT

CVM · PER · AETATEM · LICVIT · SACERDOTIO · INITIATVS
MOXQVE · FANVM · FORTVNAE · ACCITVS · PHILOSOPHIAM
TRADIDIT · BREVIQVE · IN · PATRIAM · PRAECIPVA
HONORIS · SIGNIFICATIONE · REVOCATVS · VT · IOSEPHI
VOGLI · PHILOSOPHORVM · SVI · TEMPORIS · PRIMI
VICES · IN · DOCENDO · EXPLERET · MAGNAM · SIBI
NOMINIS · FAMAM · COMPARAVIT

EXINDE · IN · BOTANICES · STVDIO · CVI · SESE · TOTVM
DEDERAT · PRAECELLENS · DIGNITATE · NOMINIS · AVCTA
DOCTOR · DECVRIALIS · HISTORIAE · NATVRALIS
RENVNCIATVS · EST · QVO · IN · MVNERE · ITA
FLORVIT · VT · PAVLLO · POST · DE · EADEM
SCIENTIA · INSTITVTIONES · TYPIS · EDIDERIT · QVAS
NOSTRA · PROBAVIT · AETAS · PROBABIT · POSTERA
CLARISSIMORVMQVE · VIRORVM · PARISIENSIVM · ET

GERMANORVM · IN · PRIMIS · LAVDES · RETVLERIT

PARTA · IAM · SIBI · PER · EVROPAM · VNIVERSAM

CELEBRITATE · ET · EVGENI · VICE · SACRA · PER

ITALIAM · FVNGENTIS · OB · ADEPTAM · SIBI

DOCTRINAE · FAMAM · GRATIA · INCLYTVS · REGIAM

AVCTORITATEM · SEQVVTVS · MVSEIS · HISTORIAE

NATVRALIS · BONONIENS · PAPIENS · PATAVIN ·

AMPLIANDIS · PRAEFECTVS · EIVSQVE · REI · ERGO

LVTETIAM · PARISIORVM · MISSVS · EST

REVERSVS · IN · PATRIAM · SODALIS · INSTITVTI · ITALICI

ADLECTVS · ET · INTER · SODALES · BENEDICTINOS

ACCERSITVS · IN · EORVM · CONVENTIBVS · DISSERVIT

SAEPE · ET · PERDOCTE

EVNDEM · COLLEGIA · MAXIMA · SOPHORVM · LONDINENSIVM

PARISIENSIVM · BEROLINENSIVM · PETROPOLITANOR ·

TAVRINENSIVM · NEAPOLITANORVM · VTRIVSQVE · SICILIAE

ET · AMERICAE · SODALEM · COOPTARVNT

POST · TEMPORVM · CONVERSIONEM · IMMOBILI · ERGA

PRINCIPEM · FIDE · XXXX · VIR · MVNICIPIO · REGVNDO

ELECTVS · MVNERE · PRIMICERI · TEMPLI · METROPOLITANI

HONESTATVS · IVDEX · KLERICIS · PROBANDIS · DATVS
ET · A · LEONE · XII · PONT · MAX · COMMENDANTIBVS
SIBI · EVM · VIRTVTE · DOCTRINAQVE · PRAEFECTVRA
LYCEI · MAGNI · DIFFICILLIMIS · TEMPORIBVS
HONORATVS · EST

TANDEM · LABORVM · MAGIS · QVAM · MORBI · VI
ABSVMPTVS · IN · OMNI · VICTV · ET · CVLTV
CONTINENTISSIMVS · IN · AERVMNIS · TOLERANDIS
FORTISSIMVS · LIBENS · LAETVS · ADVENTANTEM
MORTEM · OBTVENS · CONSCIENTIA · RECTE · FACTORVM
ET · SPE · FVTVRAE · BEATITATIS · SVSTENTATVS
NON · EXPAVIT · HILARISQVE · DECESSIT · VIII · KAL ·
MAIAS · AN · MDCCCXXXXI · CVM · ESSET · ANNORVM
LXV · MENSIVM · X · DIERVM · II · IMMORTALI · IN
OMNEM · POSTERITATEM · GLORIA · SVPERSTES · FVTVRVS

AVE · ET · VALE · VIR · MAGNE · INCOMPARABILIS
APVD · POSTEROS · MANSVRE · DVM · DOCTRINA · IN · HONORE · ERIT
PAX · TIBI · ET · GAVDIA · CAELESTIA

LXVII.

(*Ellogium pergamena charta inscriptum tuboque vitreo inclusum et ad corpus repositum.*)

☧ CAMILLVS · TARTALEA ☧

RECTOR · ALVMNOR · ECCL · SANCTAE · BONONIENSIS

COOPTATVS · IN · COLLEGIVM · PHILOLOGORVM

PRAEPOSITVS · BASILIC · PETRONIANAE

IVDEX · KLERICIS · PROBANDIS

CENSOR · LIBRORVM · EDENDORVM

HIC · MEDICINAE · IN · TERRITORIO · NOSTRO · HONESTO
LOCO · NATVS · XII · KALENDAS · APRILES · AN ·
MDCCLXXIII · IOSEPHVM · TARTALEAM · ET · ELISABETHAM
GALLIAM · PARENTES · HABVIT · A · QVIBVS
DILIGENTISSIME · AD · PIETATEM · VIRTVTEMQVE
OMNEM · INSTITVTVS · EST · DEIN · DOMI · IVLIO
PIANAE · SAC · LITTERIS · INFORMANDVS · TRADITVS
DISCIPLINIS · OMNIBVS · QVIBVS · AETAS · PVERILIS
INFORMARI · SOLET · AB · EO · ERVDITVS · EST
PERDILIGENTER · MAGISTROQVE · SVO · VSQVE · SE

MAXIME · CVM · STVDIO · TVM · MORIBVS · PROBAVIT
POSTQVAM · PVERITIA · EGREGIO · CVLTV · EXACTA
ADOLESCENTIAM · INIISSET · BONONIAM · STVDIORVM
CAVSSA · MISSVS · PIETATE · INGENI · VI
DILIGENTIA · ET · FLAGRANTISSIMA · SCIENDI · CVPIDINE
ELVCENS · DIVINI · CVLTVS · STVDIO · EXARSIT
POLITIORES · LITTERAS · EXCOLVIT · POESIM
ADAMAVIT · PHILOSOPHIAM · PRAESERTIM · IN · QVA
ET · EXCELLVIT · COMPARATISQVE · MVLTARVM
DISCIPLINARVM · OPIBVS · SACRAEQVE · MILITIAE
NOMINE · DATO · VNIVERSAE · THEOLOGIAE · ET · IVRIS
VTRIVSQVE · SCIENTIAM · MAGNA · MENTE · COMPLEXVS
BREVI · IS · EVASIT · VT · CLARISSIMVM · ECCLESIAE
ORNAMENTVM · PRAEMONSTRARET · SE · FVTVRVM
MVLTIQVE · ILLVM · SENES · DE · REBVS · DIVINIS
DISSERENTEM · AVDIRENT · ADMIRANTES · AB · EO
VNO · TANTAM · SCRIBENDI · DISPVTANDIQVE · VIM
TANTAMQVE · DOCTRINAE · COPIAM · COMPARATAM
NEC · QVAE · SVBSEQVVTA · EXINDE · EST · REI
CHRISTIANAE · TRISTISSIMA · TEMPORVM · CONVERSIO · A
SVSCEPTO · ILLVM · VITAE · INSTITVTO · ABDVCERE · VEL
MINIMVM · POTVIT · ILLE · QVIPPE · PROPOSITI · TENAX
SAPIENTIA · VSVS · E · QVIBVS · DISCIPLINIS · PRIDEM

DELECTATIONEM · HINC · VTILITATEM · SIBI · CAETERISQVE
MATVRIVS · CENSVIT · PETENDAM

VITA · ENIM · FVNCTO · ALOISIO · POGGIOPOLINIO · SAC ·
MAGISTRO · GRAMMATICAE · TRADENDAE · IN · SACR ·
SEMINARIO · AB · ALOISIO · REGAZZIO · EIVSDEM · SEMINARI
RECTORE · VIRO · OMNIGENA · PIETATE · LAVDANDO
AD · ID · MVNVS · ELECTVS · TANTA · NAVITATE
SCIENTIAQVE · RERVM · GRAMMATICARVM · PRAESTITIT
OPERAMQVE · SVAM · ITA · REGAZZIO · PROBAVIT · VT
ILLE · ANIMO · HANC · OPINIONEM · IMBVERIT · KLERO
VNIVERSO · DETRIMENTO · FVTVRVM · SI · EVM · ELABI
PATERETVR

QVARE · NIHIL · ANCEPS · HAESIT · QVOMINVS · AEGROTANTE
MICHAELE · CANEVARIO · QVI · TVM · TEMPORIS
RHETORICAM · TRADEBAT · ID · MVNERIS · EIDEM
IMPONERET · MVLTA · EX · TAM · PROSPERO · INITIO
OMINATVS · NEC · SPES · EVM · FEFELLIT

EO · ENIM · IN · MVNERE · ANNOS · PLVRES · ITA · VERSATVS
EST · VT · DE · IVVENTVTE · CIVITATIS · NOSTRAE · OPTIME
SIT · MERITVS · STVDIO · VERO · IPSE · OBSEQVVTVS · SVO
LECTIONE · COMMENTATIONE · SCRIPTIONE · ADSIDVA
SVAM · IN · DIES · ALERET · AC · ROBORARET · POETICAM
ET · ORATORIAM · FACVLTATEM · HANC · INTER · CAETERAS

LAVDES · ADSEQVVTVS · VT · ELEGANTIAS · EXQVISITAE
LATINITATIS · AD · SVA · QVAEQVE · EXPONENDA
TRADVXERIT · DIGNVSQVE · VISVS · QVEM · V · E
IOSEPHVS · MEZZOFANTVS · QVOCVM · ARCTAM · INIERAT
CONSVETVDINEM · ARCTISSIME · IN · DIES · COMPLECTERETVR
CVMQVE · ALTER · ALTERI · EPISTOLAS · MITTERET
REDDERETQVE · IN · QVIBVS · PERDOCTAS · SCITASQVE
EXERCITATIONES · MVTVO · SE · RECREABANT · IPSE · VIR
EMINENTISSIMVS · QVI · LINGVARVM · PROPE · OMNIVM
COGNITIONE · MIRACVLO · ORBI · EST · EPISTOLAS · AMICI
CVM · IIS · QVAS · M · ANT · MVRETVS · AD · AMICOS
MITTEBAT · COMPARARI · NON · DVBITAVERIT

QVO · CIRCA · NON · EST · MIRANDVM · QVVM · TALI · IPSE
PRAECONIO · CELEBRARETVR · TOT · EXIMIIS · EMINERET
VIRTVTIBVS · KAROLVM · OPPIZZONIVM · CARD · ARCHIEP ·
VIRTVTIS · DOCTRINAEQVE · IVDICEM · ET · FAVTOREM
PROVIDENTISSIMVM · ALOISIO · REGAZZIO · VITAE
LABORIBVS · DEFVNCTO · IPSVM · ALVMNIS · ECCLESIAE
SVAE · REGVNDIS · PRAEPOSVISSE · QVO · IN · MVNERE
INCREDIBILE · DICTV · EST · QVANTVM · IPSE · BENE · DE
PATRIA · DE · KLERO · DE · CIVIBVS · VNIVERSIS · SIT
MERITVS

EADEM · ENIM · QVAE · ANTEA · ET · MAIORA · PRAESTANS

VETERIS · SANCTAEQVE · DOCTRINAE · RETINENDAE
AVCTOR · GRAVISSIMVS · EXTITIT · CVLTVM · DEI
OMNIPOTENTIS · OMNEMQVE · VIRTVTEM · PARITER · ET
OPTIMA · DISCIPLINARVM · SACRARVM · STVDIA
IMPENSISSIME · PROVEXIT · ALVMNORVM · INGENIA · AD
OPTIMAS · DOCTRINAS · HORTATIONIBVS · PRAEMIIS
AMANTISSIMI · INSTAR · PARENTIS · EXCITAVIT · VNVSQVE
MAXIME · SATEGIT · QVO · KLERI · SPES · SECVNDVM
BONORVM · VOTA · EVENIRET

QVO · FACTVM · EST · VT · ALVMNI · OMNES · IPSVM · AMORE
ET · OBSEQVIO · INCREDIBILI · PROSEQVVTI · TAMQVAM
LIBERI · PARENTEM · SVVM · PERPETVO · REVERITI · SINT
VNOQVE · ORE · PRAEDICAVERINT · ILLVSTRATOREM
DECORVM · SVORVM · MAGISTRVM · SINGVLIS · VIRTVTVM
OMNIVM

NEQVE · ALVMNIS · SVIS · TANTVM · PRODESSE · CORDI · FVIT
VERVM · ET · IVVENTVTI · VNIVERSAE · QVAM · AD · SANCTA
RITE · LIBANDA · CATHECHESI · INSTITVIT · AD · VITAE
RATIONEM · INEVNDAM · DIREXIT · A · FRAVDIBVS
IMPIORVM · REBVS · NOVIS · STVDENTIVM · OBFIRMAVIT
AVREIS · EDITIS · LIBELLIS · QVI · MIRVM · EST · QVOT
IN · VIRTVTE · ROBORAVERINT · QVOT · ABERRANTES
DECEPTOSQVE · AD · MENTEM · REDIRE · COEGERINT

QVAMQVE · VIRIS · PROBIS · ROMANIQVE · PONTIFICIS
IVRI · STVDENTIBVS · PROBATI · FVERINT
GRATIA · ETIAM · QVA · PLVRIMVM · VALEBAT · APVD
PRAECIPVOS · IN · CIVITATE · VIROS · IVVENIBVS
ADIVVANDIS · VTEBATVR · HOCQVE · DESIDERIO · ADEO
AFFICIEBATVR · VT · INTERDVM · ANTEVERTERET
VERECVNDIAEQVE · INDIGENTIVM · RATIONEM · HABERET
CVM · TANTA · ESSET · PRAESTANTIA · VIRTVTIS · ET
DOCTRINAE · NIL · MIRVM · SI · EIVS · FAMA · NON · DOMI
SOLVM · SED · ET · FORIS · PERCREBVERIT · QVARE · PLVRES
DOCTORVM · VIRORVM · COETVS · EVM · SOCIVM · HONORIS
ERGO · ADSCIVERVNT · IMO · CVM · LEO · XII · PONT · MAX·
LYCEVM · MAGNVM · BONONIENSE · INSTAVRARET
NOVOQVE · PHILOLOGORVM · COLLEGIO · AMPLIFICARET
IN · HOC · COLLEGIVM · CVNCTIS · PLAVDENTIBVS · ADLEGIT
NEQVE · ITA · MVLTO · POST · V · E · KAROLVS
OPPIZZONIVS · ARCHIEP · N · NOVA · EI · TVM · MVNERA
TVM · HONORES · ADTRIBVENS · CVM · MAGISTROS · QVOS
PRIVATOS · VOCANT · LEGIBVS · IN · EAM · REM · DICTIS
AD · POTIOREM · DOCENDI · VSVM · ADVOCARE · VELLET
HVICQVE · REI · DOCTRINA · ET · VIRTVTE · PRAESTANTES
VIROS · DESIGNARET · IPSVM · PRAEPOSITVM · ADLEGIT
RATVS · NEMPE · SCIENTIARVM · INCREMENTA · EI

PRAESERTIM · FORE · CORDI · QVI · IN · IISDEM · ADEO
EXCELLERET · ATQVE · IS · QVIDEM · IMPOSITO · MVNERI
PAREM · SE · QVOQVO · TEMPORE · OSTENDERE · NIHIL
VNQVAM · DE · PRISTINA · VIGILANTIA · DILIGENTIAQVE
REMITTERE · VEL · QVVM · ET · CENSOR · LIBRORVM
EDENDORVM · AB · EO · EST · ELECTVS · VEL · QVVM
IVDEX · KLERICIS · PROBANDIS · DICTVS · VEL · QVVM
HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA · PRAEPOSITVS
BASILICAE · PETRONIANAE · RENVNCIATVS · EST

VIR · CAETERA · PROBVS · EXIMIA · FVIT · MORVM
INNOCENTIA · ET · CANDORE · NIHIL · IN · EO · FVCI
NEQVE · BLANDITIARVM · NEMINI · VNQVAM · OBTRECTAVIT
DE · NEMINE · VNQVAM · CONQVESTVS · FVIT

NEMO · FVIT · EO · MINVS · LOQVAX · ETSI · ROGATVS
IVDICIVM · SVVM · INTERPONERE · QVOD · PRONVNCIASSET
VERITATI · SEMPER · CONGRVERET · NEMINI · DEFVIT
EIVS · CONSILIVM · POSTVLANTI · VEL · IN · REBVS
GERENDIS · VEL · IN · ANIMIS · AD · VERITATEM · ET
PIETATEM · INFORMANDIS · VEL · IN · LITTERARIIS
ALIORVM · ELVCVBRATIONIBVS · DIRIGENDIS
PERFICIENDISQVE

AD · POSTREMOS · VSQVE · VITAE · SVAE · DIES · PROSPERA
VSVS · VALETVDINE · IN · MORBVM · IMPLICITVS · CVM

EX · EO · PAVLLVLVM · RECREATVS · SPEM · NON
EXIGVAM · SVI · RECIPIENDI · FACERET · HEV · MORBI
VI · DENVO · OPPRESSVS · PERPETVVM · PATERNI · IN
AMICOS · AMORIS · MONVMENTA · TRANSMITTENS · MAGNA
ETIAM · PECVNIAE · VI · BIBLIOTHECA · INSTRVMENTIS
SACRIFICALIBVS · ARGENTEIS · SEMINARIO · SVO · LEGATIS
SVOSQVE · OMNES · ALVMNOS · ET · MAXIME · QVI · E
CONTVBERNIO · MAIORI · SVNT · AD · VIRTVTEM
COHORTATVS · DIEM · SVPREMAM · ADVENTANTEM
SVFFVLTVS · SPE · CERTA · FVTVRAE · BEATITATIS
SECVRVS · ADSPICIENS · ET · LVGENTI · FAMILIAE
FAVSTA · OMNIA · A · DEO · PRECATVS · CAELESTEM · AD
PATRIAM · MIGRAVIT · XV · KAL · MART · AN · M · DCCC·
XXXXII · VNAQVE · VOX · IN · CIVITATE · FVIT · DECESSISSE
SACERDOTEM · PROPOSITO · SANCTVM · PARENTEM
PVBLICVM · MAGISTRVM · VIRTVTVM · OMNIVM

ELATVS · VT · IPSE · PRAECEPERAT · NVLLA · POMPA
FVNERIS · QVO · POST · MORTEM · ETIAM · SVAE
CONSTARE · MODESTIAE · VIDERETVR · SEPVLTVS · EST
IN · COEMETERIO · AMICIS · SACERDOTIBVS · ALVMNIS
DESIDERIO · ET · LACRIMIS · AD · TVMVLVM
PROSEQVENTIBVS

HAVE · HAVE · ECCLESIAE · N · LVMEN

HAVE · ANIMA · DVLCISSIMA · INCOMPARABILIS
BENE · DE · PATRIA · DE · CIVIBVS
DE · KLERO · VNIVERSO · MERITA
QVASQVE · TIBI · NVNC · DAMVS · SVPREMAS · OFFICI
NOSTRI · LACRIMAS · ET · OBSEQVIA · TV · BONVS
ACCIPE · ET · BEATAM · VTI · CERTO · CONFIDIMVS
ADEPTA · SEDEM · SANCTARVM · DISCIPLINARVM
STVDIA · IISQVE · IN · SPEM · ECCLESIAE · ADDICTAM
IVVENTVTEM · ALVMNOSQVE · ILLOS · QVOS · EXTREMO
TVO · ADLOQVIO · HORTANDO · SOLANDO · COMPRECANDO
EXANIMASTI · INDIDEM · PRAESENTI · OPE · RESPICIAS
FOVEAS · TVEARE

INSCRIPTIONES TEMPORARIAE

RELIGIONIS VOTORVMQVE CAVSSA

LXVIII.

(*Typis Edita*)

D · N · GREGORIO · XVI · PONT · MAX ·
PARENTI · PVBLICO
QVOD · ANNONA · SALARIA · LAXATA
IN · SINGVLAS · LIBRAS
QVADRANTEM · ADIICIENDVM · IVSSERIT
CVRATORES · MVNICIPIOR · POPVLIQ ·
AD · EXTREMA · DITIONIS · REG · MVTINENSI · ADIACENTES
ADSERTORI · FELICITATIS · PERPETVAE
ANNO · MDCCCXXXX · PONTIFICATVS · SVI · X

AVDI · DEVS · SANCTISSIME · AETERNE
QVANDO · NVMINE · TVO · PRAESENTISSIMO · GREGORIVM · XVI
PONT · MAX · NOBIS · DEDERIS · DONAVERIS · QVO · AVSPICE
NEMO · MISER · DVRAM · SENTIT · INOPIAM · TV · POTENS
RERVM · QVAE · PRO · SALVTE · ET · INCOLVMITATE · EIVS
VOTA · SOLVIMVS · VOLENS · PROPITIVS · ACCIPE · PRINCIPEM
OPT · INDVLGENTISSIMVM · SERVES · PROVEHASQVE · QVO
MVLTOS · IN · ANNOS · POPVLO · ADDICTISSIMO · PIE
FELICITERQVE · MODERETVR

LXVIII.

(*Vulgata Typis*)

SOLLEMNIBVS · REDEVNTIBVS
VINCENTII · PATRIS
PATRONI · CAELESTIS · SOSPITATORIS
BONONIENSIVM · VOTA
VTI · LARGITOR · BONORVM · DEVS
VINCENTIVM · MACCHIVM · S · R · E · CARD·
EPISCOPVM · PRAENESTINVM
PRAEFECTVM · SACR · CONSILII · IVDICIB · ADSIGNAND·
SOSPITET · IN · ANNOS · PLVRIMOS
SVPERSTITETQVE

VINCENTI · PATER
TE · PRECAMVR · QVAESVMVSQVE
VTI · CLIENTI · TVO · VOLENS · PROPITIVS · SIES
QVAEQVE · NVNC · TVAS · AD · ARAS · QVAE · TE
SIDERIBVS · INTVLIT · DIES · PRO · INCOLVMITATE
EIVS · VOTA · NVNCVPAMVS · TV · PRAESENS · ACCIPE
PARENTEMQVE · NOSTRVM · DESIDERATISSIMVM · QVEM
PRAESENTEM · AMAVIMVS · ABSENTEM · QVAERIMVS
NOVIS · VSQVE · ET · VSQVE · BENEFICIIS · AVGE
DA · MVLTOS · PER · ANNOS · AMOREM · ALERE
POPVLORVM · VTI · REM · PVBLICAM · QVAM · STRENVE
XXXX · AB · HINC · ANNIS · AMPLEXVS · EST · CONSILIO
SVO · DOCTRINA · VIRTVTIB · RECTEFACTIS · ADHVC
ORNET · ADHVC · FOVEAT · TVEATVR

LXX.

(Typis Edita in libello Thesium.)

PACIFICO · SEPTEMPEDANO

FACTIS · VIRTVTIBVS · PRODIGIIS · VENERANDO

POST · HONORES · CAELESTIVM

A · GREGORIO · XVI · PONT · MAX ·

MEMORIAE · EIVS · DECRETOS · ADTRIBVTOS

ARCHANGELVS · DOMO · FAVENTIA

SODALIS · FRANCISCALIS · E · FAMILIA · REFORMATOR ·

LIBELLVM · HVNCCE · CVM · DISPVTATIONE

QVAM

DE · DEO · .EIVSQVE · ADTRIBVTIS

ADSTANTE

PETRO · FRANCISCO · A · FAVENTIA

ORD · EIVSD ·

DOCTORE · THEOLOGIAE · TRADENDAE

CAESENAE · AD · MAGNAE · VIRGINIS

DEI · PARENTIS · DESIGNATAE

INSTITVIT

OBFERT

AVSPICI · STVDIORVM · SVORVM

LXXI.

(*Typis Edita*)

BONVM FACTVM
EVGE · VALERI · BOSCHI · MARCHIONVM · PROGENIES
QVEM · ORD · POPVLVSQVE · N ·
SVMMO · MVNERE · AVCTVM · SVSPICIENS
IN · ANNVM · X · VNO · ANIMO · VENERATVR
LAETVSQVE · INSIGNIBVS · BENEFICIIS
SAEPE · IN · MEMORIAM · · REPETET · TE · AVCTORE
MVNICIPIVM · SPLENDIDIORE · CVLTV · EXORNATVM
VIAS · QVAQVAVERSVS · MVNITAS
AEDES · IVVENT · INSTITVEND · LEGIB · DICTIS · REFECT · AVCTAS
FAMILIAS · AD · CONCORDIAM · RECREATAS
SINE · IGITVR · VNANIMES · PLAVDAMVS · TIBI
AVCTOREM · BONORVM · OMNIVM · DEVM · ADPRECANTES
VTI · QVAE · PRO · SALVTE · ET · INCOLVMITATE · TVA
IACOBVS · FILIVS
CAN · METROP · IN · SPEM · ECCLESIAE · ADOLESCENS
ECCLESIA · VNIVERSA
SOLLEMNIA · OB · MEMORIAM · ANASTASEOS · D · N · CELEBRANTE
SACR · NVMINI · AETERNO · AD · BARTHOLOMAEI · AP · FACTVRVS
VOTA · NVNCVPAVERIT · VOLENS · PROPITIVS · EXCIPIAT
TEQVE · MAGISTRVM · PIETATIS · ET · RELIGIONIS
PRAESIDIVMQVE · NOBIS · DIVINITVS · DATVM
SOSPITET · SVPERSTITETQVE

MVNICIPES · CASALECCHIANI
VOLVNTATEM · PVBLICAM · LAETI · LIBENTES · PROSEQVVTI
MAIORA · MERENTI · DEDIC · A · MDCCCXXXXI

INSCRIPTIONES TEMPORARIAE

AD FESTOS APPARATVS ATQVE POMPAS

LXXII.

(*Bononiae ad Valvas Ioan. Bapt. Caelestinianorum*)

ADESTOTE · O · PII · QVOTQVOT · ESTIS

AVCTOREM · PACIS · ET · CARITATIS · DEVM

VENERATVRI

SACROSANCT · CORPVS · DEI · ET · DOMINI · NOSTRI · IESV

CVRIO · CVRIANIQ · CAELESTINIANI

VIIS · AEDIBVSQVE · QVA · ORNATIS · QVA · RESTITVTIS

POMPA · SOLLEMNI · VICATIM · CIRCVMFERIMVS

DATE · FLORES · PVERI · VIRGINESQVE

HODIE · STATA · DECENNALIA · REDEVNT

LXXIII.

(*Bonon. ad Valvas Ioannis in Monte.*)

HONORI · SACRAMENTI · AVGVSTI

CVRIO · CVRIANIQVE · IOANNIANI

POMPAM · SOLLEMNEM · AGIMVS

FREQVENTES · ADPROPERATE · CIVES · HOSPITESQVE

ORBIS · TERRARVM · SERVATOREM · IESVM

CEREIS · FACIBVSQVE · ACCENSIS

PER · VIAS · PERQVE · COMPITA · NOSTRA · PROSEQVVTVRI

NOBISQVE · VNA · DEO · MAXIMO · AETERNO

SVPPLICANTES

VTI · QVOS · DIVINITATIS · NVNC · SVAE

PRAESENTIA · RECREAT

PRAESENTI · ET · IN · DIES · OPE · AVXILIOQVE · SVO

SOSPITET · TVEATVR

LXXIIII.

*(Bonon. ad Paulli Montani
Sodal. Franciscal. Reformat.)*

DEO · SANCTO · INVICTO · OMNIPOTENTI
ADSERTORI · CATHOLICI · NOMINIS · VINDICI · ECCLESIAE · SVAE
CAELESTIBVS · HONORIBVS · MEMORIAE
IOANNIS · IOSEPHI · A · CRVCE
ET · PACIFICI · SEPTEMPEDANI · EX · FAM · N ·
A · D · N · GREGORIO · XVI · PONT · MAX ·
DECRETIS · ADTRIBVTIS
SODALES · EOR · DVPLICIS · FAVSTITATIS · LAETITIA · PERFVSI
SVPPLICATIONE · IN · TRIDVVM · INDICTA
A · D · VIII · K · OCT · A · MDCCCXXXX
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ
CELEBRAMVS
ADESTE · BONI
CIVIBVSQVE · SANCTIS · NOVENSILIBVS
CONTEMPTORIBVS · SAECVLI · ET · DIVITIARVM
OPES · CAELO · MELIVS · PARTAS
INVICTVMQ · A · CVPIDITATIB · ANIMVM · GRATVLATI
VNA · NOBIS · GRATIARVM · SOLLEMNIA
LVBENTES · MERITO · PERSOLVITE

LXXV.

(*Bonon. supra Portam Basilicae Petronianae*)

VNI · TRINOQVE · DEO

PRAECONIVM · ET · GRATIARVM · ACTIO

ECCLESIAE · BONONIENSIS

FESTVM · ANNIVERSARIVM

OB · MEMORIAM · TRANSLATIONIS

SACROSANCTI · CAPITIS

PETRONI · CAELESTIS · SOSPITATORIS · PATRIAE

IN · ANNVM · CENTESIMVM · CELEBRANTIS

ADESTE · O · PII · QVOTQVOT · ESTIS

PRINCIPIS · TVTELARIVM · VESTRORVM

PER · QVEM · MAIORVM · RELIGIONEM · MORIBVS · INTACTIS

PIETATE · AVCTA · SERVASTIS

CARISSIMAS · EXVVIAS

BENEDICTI · XIIII · PONT · MAX · VENERABILE · MVNVS

POMPA · PER · AREAM · PVB · DVCTA · PROSEQVVTVRI

LARGITORI · BONORVM · OMNIVM · SVPPLICANTES

ADSIT · VT · PATER · PRAESENS · PRAESIDIVM · SVIS

PRAESENTIQVE · VT · SOLET · SVAM · SOSPITET · OPE · GENTEM

LXXVI.

(*Bonon. ad Iosephi in suburb. Foris supra Portam*)

QVI · HEIC · CELEBRIOR · DEI · PVERI · CVSTOS
MEAM · SI · AEDEM · AEVO · IAM · FATISCENTEM
TRIENNIO · AB · INCHOATO · REFECTAM
OMNIQVE · ORNAMENTO · AVCTAM · CERNIS
KAROLO · OPPIZZONIO · CARD · ARCHIEP · BONONIENSI
LIBENS · ACCEPTVM · REFERO
QVI · VT · MAIESTAS · ET · SANCTITAS
AEDI · SANCTISSIMAE · AVGERETVR
EANDEM · OPE · SVA · SVORVMQ · CIVIVM · CONLATIONE
AD · OPERIS · DIGNITATEM · PERFECTAM
DESIDERIO · SODALIVM · FRANCISCAL · CAPVLATORVM · OBSEQVVTVS
SOLLEMNIBVS · CAERIMONIIS · CONSECRAVIT

GRATES · O · BONI
CLAMANTES · AVDIAM
SOLATOR · TEMPORVM · EXTREMORVM

LXXVII.

(Bonon. pro Foribus Aedis S. Martini)

CIVI · SANCTO · NOVENSILI
ALFONSO · LIGVORIO
POST · CAELESTES · HONORES
A · GREGORIO · XVI · PONT · MAX ·
DECRETOS · ADTRIBVTOS
SODALES · EIVS · CVM · KLERO · VNIVERSO
PIETATIS · LAETITIAEQVE · CAVSSA
AD · TRIDVANA · SOLLEMNIA · OBEVNDA
EXORNAVERE

MACTE · O · DECVS · ECCLESIAE · MACTE · O · FORTISSIMORVM GLORIA · PONTIFICVM · TVAM · QVICVMQVE · SVPPLICES · HEIC OPEM · IMPLORANT · TV · PATER · SANCTE · LEGIFER · SALVTARIS EXORATVS · AVDI · AVDI · ET · MAGIS · POSTVLANTES · VTI · TE AVSPICE · COHORS · SACRA · SACERDOTVM · CERTARE · DISCAT PRO · DIVINIS · ALERE · PIETATEM · POPVLORVM · AEVVM PRISTINVM · REDDERE · PATRIAE · QVI · IN · EXEMPLVM TVTELAMQVE · KLERI · A · DEO · ES · DIVINITVS · DATVS · MIRA QVI · PRO · ECCLESIA · EFFECERIS · MIRA · QVI · PANXERIS

LXXVIII.

*(Bonon. ad Mariae Pluvialis.
Foris supra Portam)*

MAGISTRIS · REG · RENANAE · CVM · DISCIPVLIS · VNIVERSIS
ALOISIO · CVSTODI · IVVENTVTIS
SACRIS · ANNIVERSARIIS · HONOREM · HABENTIBVS
PVBLICVM · GAVDIVM · KLERO · POPVLOQVE · NVNCIAT
SACRVM · PRIMITVS · DEO · AETERNO · OMNIPOTENTI
SOLLEMNIBVS · CAERIMONIIS · FACTVRVS
ALOISIVS · BERGONZONIVS
CERTISSIMAE · SPEI · ADOLESCENS
DE · IVVENTVTE · IN · ASCETERIIS·INSTITVENDA · EGREGIE · MERITVS
PII · VOLENTES · INGREDIMINOR · CIVES
PATRONVM · SALVTAREM · ADPRECATVRI
VTI · SACERDOTI · NOVENSILI
NOBIS · DISCIPVLISQVE · NOSTRIS
PROPITIVS · SIET
INDVSTRIA · QVEMQVE · DOCTRINA · MACTE · ESSE · IVBEAT
QVOSQVE · EPVLI · MYSTICI · ADHVC · EXPERTES
DOMINVS · N · IESVS
CAELESTI · PRIMVM · HODIE · CONVIVIO · DIGNATVR
EXOPTATA · DIVINAE · MENSAE · PASTIO · PERFICIAT
ET · CONTRA · INSIDIANTES · HOSTES
NVMINE · AVXILIOQVE · SVO · VINDICET · TVEATVR ·

LXXVIIII.

(Loretum missa. Pro foribus Templi)

SVCCEDE · MAGNE · GREGORI

SVCCEDE · AMOR · POPVLORVM

IN · SPEM · AVSPICIVMQVE

BEATISSIMI · SAECVLI · DIVINITVS · OBLATE

HEIC · TE · IN · DOMO · MATRIS · AVGVSTAE

GENETRICIS · ORBIS · TERRARVM

STATOR · REGNORVM · CHRISTVS

PONTIFEX · AETERNVS · MANET

QVOVIVS · AVXILIO · PRAESENTISSIMO

ECCLESIAE · PERICLITANTI · RECTOREM · CVSTODEM

DATVM · ESSE · GRATVLATI

V · E · MARIO · MATTEIO

PRAEF · SACRI · CONSILII · R · P · LAVR · REGENDAE · PRAEEVNTE

FAVSTA · OMNIA · TIBI · FELICIA · ADPRECAMVR

AGE · SVCCEDE · TEMPLO · LIBENS

QVOD · FESTO · CVLTV · NVNC · RENIDENS

ADVENTV · ORNATVQVE · GAVDET · TVO · TOTA · ADCLAMANTE · PATRIA

IO · PATER · ORBIS

VIVAS · VALEAS · IMPERES

DE · NOSTRIS · O · VIVAS · ANNIS

LXXX.

A · MDCCCXXXXI

OB · ADVENTVM · FAVSTVM · FELICEM

HVGONIS · PETRI · SPINOLAE

CARD · TIT · SILVESTRO · ET · MARTINO · AD · MONTES

LEG · PROV · BONONIENS ·

CVIVS · BENEFICENTIAM · AD · LARGITATEM · EXPERTI

SIBI · NVSQVAM · EXHAVSTAM · FORE · PROMITTVNT

RAPHAEL · TINTIVS · ET · LEO · MERLANIVS

OFFICINATORES · LIBRARII · LEGATION ·

AD · SIGNVM · VVLPIS

DE · SIBI · PATRIAEQVE · DATO · OPT · PRINCIPE

CERTATIM · GRATVLANTES

IO · TRIVMPHE · ADCLAMANT

HEROVM · PROGENIES

IO · DIVINITVS · DATE · IN · SPEM

SECVRITATIS · NON · PERITVRAE

LXXXI.

(*Argentae in Agro Ferrariensi.*
Supra Portam Templi)

QVOD · ECCLESIAE · NOSTRAE · CORONIDIS · LOCO · DEERAT
ADFERS · HODIE
CLARISSIME · FALCONIERI · CARD · ARCHIEP·
SACRIS · AETERNO · DEO
IN · HONOREM · NICOLAI · PONT·
PRINCIPIS · TVTELARIVM · NOSTRORVM
PRIMVM · A · CVRIA · CONDITA · RITV · SOLLEMNIORI · OPERATVRE
AGE · O · PATER · ET · PATRONE
SVCCEDE · TEMPLO
QVOD · PARIETVM · IAMDIV · FATISCENTIVM · LABE · PRORVENS
MVNICIPI · NOSTRI · IMPENSA · STVDIOQVE
EX · CONLATIONE · TVA · ET · NEOCOROR · ECCLESIAE
AD · VETVSTAE · FIRMITATIS · ET · DECORIS · SPECIEM · REVOCATVM
OMNIQVE · INSTRVMENTO · ORNATVQVE · COMPTVM
ADSPECTV · TVO · RENIDET
ORDINE · POPVLOQVE · VNIVERSO
SOSPITATOREM · MORTALIVM · DEVM · ADPRECANTE
VT · ITV · REDITVQVE · TVO · SAEPE · ITERATIS
PAGO · NOSTRO · IVCVNDITATEM · AVGEAS
DIGNITATEM · PROVEHAS · TVEARIS

INSCRIPTIONES TEMPORARIAE

FVNERVM PVBLICORVM

LXXXII.

(In Funere instaurato ad Aedem Philippianorum. Foris supra Portam)

HVC · AMOR · HVC · VOTA

CAMILLO · TARTALEAE

RECT · ALVMNOR · ECCLESIAE · SANCT · BONONIENS ·

COOPTATO · IN · CONLEG · PHILOLOGORVM

PRAEPOSITO · BASILICAE · PETRONIANAE

IVDICI · KLERICIS · PROBAND ·

CENSORI · LIBRORVM · EDENDORVM

SACRIS · ANNIVERSARIIS

HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA

KLERVS · VNIVERSVS · CVM · AMICIS

MOESTISSIMI · PARENTAMVS

(*Intus ad molem funebrem*)

LXXXIII.

(I)

O · IESV · O · REDEMPTOR

PARENTI · NOSTRO · BONVS · EXORARI · SINAS

LXXXIIII.

(II)

VALE · CAELO · DEBITE

PARENS · CARISSIME · IN · PACE · ☧

LXXXV.

(III)

VOS · O · PLORATE · IVVENES

ADEMPTVM · VOBIS · SOLATOREM · VESTRVM

LXXXVI.

(IIII)

HEV · HEV · DECESSISTI · CAMILLE

QVANTVM · IN · TE · AMISIMVS · BONI

(Per parietes)

LXXXVII.

(I)

QVAM · MIHI · EXIMIAM · DOCTRINARVM · FAMAM
A · MAIORIBVS · PARTAM · SERVASTI
FVNERE · ET · LACRIMIS
GRATA · TIBI · REPENDO · PATRIA

LXXXVIII.

(II)

O · CVI · PECTVS · INVICTVM
ANIMI · ET · VIRTVS · FLECTI · NESCIA
TE · FIDE · CIVES · COMMENDATVM · AB · INTEGRA
TE · PIETATE · TE · PROBATIS · MORIBVS
DOLENT · ADEMPTVM
VETERIS · NOTAE · VIRVM

LXXXVIIII.

(III)

VOTIS · IN · CAELVM · ADVOLA · NOSTRIS
PATRONVSQVE · CAELESTIS
ALVMNIS · TVIS · SVCVRRE
VERENDOS · NVNC · CINERES · TESTANTIBVS
TVI · MEMORIAM · NOMINIS · AETERNVM · SERVATVRIS

LXXXX.

(IIII)

NON · ADSIDVIS · ANNORVM · LABORIBVS
NON · INGRVENTIBVS
TEMPORVM · DIFFICVLTATIBVS · FRACTVS
ECCL · N · ALVMNOS · AD · VIRTVTEM · DEDVXIT
SACRISQ · ET · HVMANIORIB · LITTERIS · ERVDITOS
PARENTIB · PATRIAE · SOCIETATI · RESTITVIT

LXXXXI.

(In Funere instaurato ad Ioannis in Monte. Foris supra Portam in facie Templi)

A ☧ Ω

ARBITER · HOMINVM · ET · SERVATOR · DEVS

IOSEPHO · HADRIANO · CARRATIO · COM ·

POSTREMO · GENTIS · SVAE

PER · QVEM · SODALITAS · NOSTRA

STETIT · VIGET · VIGEBIT

Θ · XIII · K · APR · AN · M · DCCC · XXXVIIII

SODALIBVSQVE · NOSTRIS

QVOS · ADHVC · FLAMMA · EXPIATRIX · DETINET

PIETATIS · ERGO · PARENTAMVS

EIS · PROH · BONVS · INDVLGE

ET · DEPVLSA · NOCTE

CAELESTIS · VITAE · LVX · SVAVISSIMA · ADFVLGEAT

LXXXXII.

(*In Funere ad Aedem*
Benedicti. Foris sup
Portam Aedis)

PHILIPPO · IOSEPHI · F · GAVDENZIO

IVRISCONSVLTORVM · SVI · TEMPORIS · PRIMO

V · VIRO · DISCIPLINIS · ADVOCATOR ·

PER · PROVV · RETINENDIS · REVOCANDIS

MVNERIB · ET · HONORIB · AMPLISSIMIS

IN · VARIO · REI · PVBLICAE · STATV · PERFVNCTO

Θ · XVI · KAL · IVN · A · MDCCCXXXXI

DOMVS · EIVS · MOESTA

DECVRIA · VNIVERSA · IVRISCONSVLTORVM · PROSEQVENTE

PARENTAT

ADESTE · CIVES · FVNERI

ET · VIRO · PER · ITALIAM · CLARISSIMO

CONTEMPTORI · FASTVS · ET · DIVITIARVM

PACEM · APVD · SVPEROS · PERPETVAM

ADPRECAMINI

LXXXXIII.

(In Funere instaurato ad Mariae Vitalis. Foris supra Portam in facie Templi.)

☧ Ω

PIIS · MANIBVS

BENEDICTI · IOACHIMI · F · DONELLI

ΠΑΣΗΣ · ΜΟΥΣΙΚΗΣ

ΜΕΤΕΚΟΝΤΟΣ

COOPTATI · IN · COLLEGIVM · PHILARMONICORVM

MAGISTRI · MODOR · MVSICOR · IN · LYCEO · MVNIC ·

PHONASCI · ET · HYDRAVLAE · PRAESTANTISSIMI

QVI · IN · FACIENDIS · MVSICIS · MODIS

MATTEIANAM · LAVDEM · AEMVLATVS · EST

MAGISTRI · PHILARMONICI

CVLTORES · MARIAE · SANCTAE · LVCANAE

PACEM · AETERNAM · A · DEO · OPTIMO · MAXIMO

ADPRECANTVR

LXXXXIIII.

(In Funere instaurato ad Ka
et Ambrosii Via Nova. Foris
pra Portam Aedis)

IOSEPHO · BLASI · F · BORTOLOTTIO · SAC ·

QVEM · NVPER · AMISSVM

RELLIGIO · PIETAS · SANCTIMONIA

MOESTISSIMAE · CONQVERVNTVR

SODALES · KAROLIANI

PRAEPOSITO · NOSTRO

PIETATIS · ERGO · PARENTANTES

PACEM · AEVI · BEATI

APVD · CAELESTES · REVISVRI · ADPRECAMVR

LXXXXV.

(*Bonon. Pro Funere ad Basilicam Stephanianam. Foris supra Portam*)

ALOISIO · BERGONZONIO · SAC ·

IN · SPEM · MVLTAM · ECCLESIAE · ADOLESCENTI

MODERATORI · ASCETERII · MARIANI

AD · BARTHOLOMAEI · RHENANI

MAGISTRI · REG · RHEN ·

CVM · DISCIPVLIS · VNIVERSIS

DIE · XXX · AB · HVMATIONE · EIVS · SVPREMA · PERSOLVVNT

QVI · INGREDERIS · DICITO

EI · BONE · O · PARCE · IESV

(Bonon. Pro Funere instaurato ad Mariae Labar. Caeli)

LXXXXVI.

(I)

(Foris supra Portam)

ANGELO · MARSILIO · ROSSIO · LOMBARDIO · MARCH ·
PATRICIA · BONONIENS · NOBILITATE
CVLTORES · D · N · MARIAE · LABIS · NESCIAE
AVSPICI · ET · PATRONO · MAXIMO
PERPETVAE · BENEFICENTIAE · EIVS · MEMORES
QVOD · VNVM · SVPEREST · SVPREMA · PERSOLVVNT
PACEM · AETERNAM · ADPRECANTES

LXXXXVII.

(II)

(Ad molem funebrem)

FRVERE · FRVERE · O · DEO · SENEX · SANCTE
AD · QVEM · TE · PIETAS · TE · INTEGRITAS
TE · BENEFICENTIA · VOCARVNT

LXXXXVIII.

(III)

(Per parietes)

IN · MVLTIS · OPIBVS
MEMINIT · SE · ESSE · HOMINEM

LXXXXVIIII.

(IIII)

VLTIMVS · ILLI · HONOS
EGENORVM · LACRIMAE

C.

(Bonon. in Funere instaurato ad Proculi Mart. Foris supra Portam)

LAVRAE · NALDIAE · CON · VINCENTII · RVBBIANI · ADV ·

FEMINAE · EXEMPLI · MEMORANDI

RELIGIONE · PIETATE · BENEFICENTIA

DE · SODALITATE · N · OPTIME · MERITAE

SODALES · VNIVERSI · PARENTAMVS

ADESTE · O · PII

ET · QVAM · NVPER · MISERIS · ABREPTAM

LACRYMIS · LVCTVQVE · HONESTASTIS

BONI · VOLENTES · IVVATE · DEO · SVPPLICANTES

VTI · IN · AETERNAM · BEATITATEM · RECEPTA

SODALITATEM · HANC · NOSTRAM

DE · CAELO · EXORATA · OPE · RESPICIAT

EPITAPHIA VIRORVM

cI.

CINERIBVS · ET · HONORI
ALOISI · LVCI · F · TVRRINI · ROSSI · COM ·
CIVIS · OPT · FRATRIS · AMANTISS · PATRVI · INCOMPARABILIS
MAGNITVDINE · ANIMI · OMNIGENAQ · VIRTVTE
LAVDEM · OMNIVM · ET · AMOREM · MERITI
QVI · PROPINQVIS · AMICIS · EGENIS
NVNQVAM · CONSILIO · CVRIS · OPIBVS · DEFVIT
INGENIO · DOCTRINA · MVNIFICENTIA
COMITATE · ET · LEPORE · CVIQ · CARVS · VIXIT · ANNOS · LXV · M · VI · D · VII
DIRO · MORBO · PER · AN · AMPLIVS · XXXV
ANIMO · INVICTO · TOLERATO
HEV · QVANTO · BONORVM · MOERORE
DEC · XIII · K · IVL · A · MDCCCXXXXIII
ALEX · TVRRINIVS · FRATER · CVM · HELENA · ET · LVCIO · NEPOTIB ·
MEMORES · PERPETVI · AMORIS · EIVS · B · M
MON · ET · LACRIMAS · DEDERVNT
VALE · VALE · IN · PACE · ☧ · ANIMA · DESIDERATISSIMA
ET · ESTO · MEMOR · TVORVM
QVOS · MISERRIMOS · FECISTI · DECESSV · TVO

CI.

VIRTVTI · ET · HONORI
IOSEPHI · IAC · F · MARISCOTTI · BERSELLI · MARCH ·
DVCTORIS · ORDD · IN · EXERC · FRIDERICI · BORVSS · REG ·
QVI · AGENS · AN · LXX
OBIIT · IN · PACE · ☧ · III · NON · IAN · A · MDCCCXXXII
ALOISIVS · MARISCOTTVS · BERSELLIVS · MARCH ·
FRATRI · STRENVO · B · M ·
PERENNIS · DESIDERII · SVI · MONVM · FAC · CVR ·

CII.

ALOISIO · VESTRIO
DOMO · FLORENTIA
QVI · ROSCIANAM · LAVDEM · AEMVLATVS
COMICORVM · SVI · TEMPORIS · FACILE · PRINCEPS
HABITVS · EST
VIX · AN · LX · DEC · XIII · K · SEPT ·
A · MDCCCXXXXI
SODALES · CONCORDES · BONONIENS ·
IN · SCENA · PER · OTIVM · AGENTES
PEC · CONLATA · POS ·
OB · MERITA

CIIII.

FRANCISCO

IOS · F · MALVETIO · MEDICEO · COM ·

EQ · MAVRITIANO

PRAEF · COH · VRBANAE

IVR · VTR · LAVREA · HONESTATO

CVLTORI · ADSIDVO · PIETATIS · ET · RELIGIONIS

CVIVS · SOLLERTIA · SEDVLITAS · INTEGRITAS

IN · PVB · MVNERIB · OBEVNDIS

ET · SVBSTANTIA · EGENOR · ADMINISTRANDA

CIVITATI · VNIVERSAE · PROBATA · ELVXIT

EGIT · AN · LXII · M · III · D · XI

RAPTVS · EST · INOPINATO · XV · K · MART · A · MDCCCXXXXII

IOAN · FIL · TIT · INSCRIBI · IVSSIT

CV.

A ☧ Ω

OSSA · HEIC · ET · NOMEN

CAMILLI · IOS · F · TARTALEAE

RECTORIS · ALVMNORVM · ECCLESIAE · BONONIENS ·

COOPTATI · IN · CONLEGIVM · PHILOLOGORVM

PRAEP · BASILIC · PETRONIAN ·

IVDIC · KLERICIS · PROBAND ·

SACERDOTIS · SANCTISSIMI · EXEMPLI

RELIGIONE · CONSILIO · BENEFICENTIA

LAVDEM · OMNEM · SVPERGRESSI

QVEM · ELOQVENTIA · ET · SCRIPTIS · CLARVM

MIRA · VIS · POETICA

DOCTISSIMIS · LATINORVM · POETARVM · AEQVAVIT

VIXIT · A · LXVIII · M · X · D · XXIIII

DEC · XV · KAL · MART · A · MDCCCXXXXII

KLERI · VNIVERSI · LACRIMIS · ET · PRAECONIO · HONESTATVS

KAROLVS · OPPIZZONIVS · CARD · ARCHIEP ·

PER · CVRATORES · SACR · SEMINARII

BENE · MERENTI · FIERI · IVSSIT

CVI.

RITE · HIC · COMPOSITVS · ADQVIESCIT

CAIETANVS · NICOLINIVS · SAC · OPTIMVS · PIENTISSIMVS

QVI · CVRIAE · AD · GREGORI · IN · CIVIT · PRAEFVIT · PER · AN · XII

CONCIONIBVS · HABENDIS · ADMISSIS · POENITENTIVM · EXPIANDIS

AEGROTIS · EGENISQVE · OMNI · OPE · FOVENDIS

ADSIDVVS · IN · EXEMPLVM · FVIT

VIXIT · AN · LXII

ACCEPTVS · DEFLETVSQVE · VNIVERSIS

OBIIT · EX · INSPERATO · PRID · ID · IVN · A · MDCCCXXXVIIII

SVBSTANTIA · OMNI

IN · TEMPLI · HONORIS · SVI · COMMODA

ET · EGENTIVM · CVRIALIVM · SOLATIVM · TRANSMISSA

CAESAR · LAMBORGHINIVS · DOCT · IVR · CVRATOR · EX · TEST · P · C

CVII.

A SITVS · HEIC · EST · IN · PACE Ω

IACOBVS · ANT · F · CRIVELLIVS · ADV ·

VIR · SANCTVS · ANTIQVVS · DISERTVS

QVEM · VIRTVTIBVS · MAGNVM

HONORIBVS · TITVLISQVE · PAREM

CIVES · SVI · AD · EXITVM · VSQVE · VENERATI · SVNT

VIXIT · AD · AN · LXXX

CVBICVLO · OBDVCTIS · VELIS · OPACO

FALLENTE · VESTIGIO · PROCVMBENS

COXAQVE · FRACTA · QVAE · RELVCTANTE · AETATE · MALE · COIIT

INTER · ACERBISSIMOS · DOLORES

HANC · VNAM · VOCEM · EMITTENS

CRVCIOR · FER · OPEM · DEVS

DEC · HONESTISSIMO · TEST · K · IAN · MDCCCXXXVIII

ANTONIVS · ET · HELENA · EX · FRATRE · FILII

QVI · ET · H · NEPOS · EX · BESSE · NEPTES · EX · TERTIA · PARTE

SENI · BENE · MERENTI

CVIII.

☧ CINERI · ET · VIRTVTI ☧

VINCENTI · CANCELLI

INTER · PRIMORES · CANONICOS · COOPTATI

SVMMOR · VIROR · OBSEQVIA · VIRTVTE · MERITI

CVI · SOCIAE · VETERES · RELLIGIO · BENEFICENTIA

PERPETVO · ADHAESERE

ET · CARITAS · ERGA · PATRIAM

PARENTIS · PVBLICI · LOCVM · ET · NOMEN · OBTINVIT

VIXIT · AD · AN · LXXXI

MANSVETVDINE · COMITATE · DOCTRINA

IN · VLTIMVM · DIEM · VENERABILIS

AD · SVPEROS · EMIGRAVIT · XVI · KAL · IAN · MDCCCXXXII

AVE · MAGNA · ANIMA

PLVS · DE · PATRIA · MERITA · QVAM · TITVLO · SCRIBI · POSSIT

PAX · TIBI · ET · VITA · CAELESTIVM · LAETISSIMA · ADFVLGEAT

CVIIII.

VALE · CAESAR · VALE

HEHEV · QVAM · ATRA · FVIT

DIES · VIIII · K · AVG · A · MDCCCXXXXII

QVA · TE · IN · PRIMO · AETATIS · FLORE · ANNOR · XVI

IMMITISSIMA · MORS · RAPVIT

IOANNES · MARTIGNANIVS

CVM · LIBERATA · CONTARINIA · VXS ·

ACERBI · TVI · FVNERIS · MEMORES

TE · FILIVM · VNICVM · REVERENTISSIMVM

LVCTV · PERENNI · HONORAMVS

AVE AVE

DVLCIS · ANIMA

CX.

IOANNES · ANT · F · TVRCHIVS
HEIC · REQVIESCO
ADVERSA · SEMPER · FORTVNA · ET · VALETVDINE · CONFLICTATVS
VIXI · A · XXXXII
DECESSI · K · NOV · A · MDCCCXXXIII
ECCE · IN · PACE · AMARITVDO · MEA · AMARISSIMA

CXI.

REQVIESCE
ALOISI · PATER · INDVLGENTISSIME
QVI · INDVSTRIA · NAVITATE · PRAESTANS
AMORE · IN · TVOS · RELIGIONE · PRAESTANTIOR
CAELVM · PETIISTI · V · ID · MART · A · MDCCCXXXVIIII
HEIC · VBI · PRAEOPTASTI
EXVVIAS · TVAS · COMPOSVI
BERNARDVS · IANELLIVS
FILIVS · INFELICISSIMVS

CXII.

SITVS · EST · IN · PACE · ☧

ANTONIVS · BRVNETTIVS

QVEM · IN · ACERBISSIMO · SVORVM · LVCTV

SOLVM · INLACRIMABILEM · MORS · RAPVIT

KAL · SEPT · A · MDCCCXXXXIII

ANGELA · BONINSEGNIA

CVM · FILIIS · OCTO

F · MARITO · ET · PATRI

BENEFICENTIA · IN · EGENOS · COMMENDANDO

O · QVI · NEGASTI · NEMINI · OPEM · ROGANTI

TENELLAE · RESPICE · PROLIS · DISCRIMINA

ADDITE · CAELITIBVS

ET · SIES · PATER · ADHVC

CXIII.

ANTONIO · VBALDI · F · MAIINIO

DOCTORI · THEOLOGO

CVRIONI · AD · IAC · BONONIAE · DVM · STETIT

DEIN · ARCHIPRESB · AD · FVNI

RECTORI · ALVMNOR · CONLEG · VENTVROLIANI

II · VIR · EX · KLERO · MVNICIPIO · N · ADMINISTRANDO

CANONIC · DECAN · BASILICAE · PETRONIANAE

A · GREGORIO · XVI · PONT · MAX ·

ANTIST · DOMVS · SVAE · RENVNCIATO

EIDEMQVE · CONLEGIO · CANONICOR · PRAEPOSITO

VIRO · RELIGIONE · ET · MORIB · COMMEMORABILI

QVI · SINGVLARI · IN · OMNES · CARITATE · INFLAMMATVS

PRODESSE · OMNIBVS · IN · OMNI · VITA · STVDVIT

PLVS · ALIIS · QVAM · SIBI · VIXIT · A · LXXVIII

PIO · EXITV · DEC · VIIII · EID · IAN · A · MDCCCXXXXIIII

II · VIRI · CVRATORES · PARTHENOTROPHII · CALINIANI

MARIAE · AB · ANGELO · SALVTATAE

HEREDES · AB · EO · IN · SVBSIDIVM · PVELLARVM

TESTAMENTO · RELICTI

BENE · MERENTI · FEC ·

CXIIII.

☧ OSSA ☧

ANTONII · NEGRI · ANNOR · LVI

Θ · K · SEPT · A · M · DCCC · XXXXI

HEIC · POTIORIS · VITAE · TEMPVS · EXPECTANT

CXV.

QVI · LEGITIS · CINERES · HONORATE

VALERII · MASETTI · CON · ANGELAE · SASSOLIAE

DOMO · PERSICETA

QVI · NATVS · AN · XXV

FATO · INTERCEPTVS · DECESSIT

VIIII · K · SEPT · A · MDCCCXXXXIII

DIONYSIVS · MASETTIVS

HEV · DOLENS · NIMIVM

DE · INTERITV · FILII · CARISSIMI

TITVLVM · SVPERPOSVIT

CXVI.

☧

A Ω

H · S · E

IVLIVS · ROSSIVS

ADOLESCENS · INDOLIS · SVAVISSIMAE

MORVM · INCORRVPTORVM

QVI · MVSICAE · HISTORIAEQ · ADDISCEND ·

IMPENSE · DEDITVS

MAXIMAM · SVI · SPEM · FECERAT

SAEVVM · MORBVM · HILARIS · PERPESSVS

INSOLABILITER · FRATRE · NATV · MINORE

NOTISQVE · OMNIBVS · DEFLETVS

DEC · VI · K · IVN · A · MDCCCXXXX · N · AN · XV

ONVPHRIVS · ROSSIVS · HEV · PATER

FILIO · KARISS · INNOCENTISSIMO

EFFVSVS · IN · LACRIMAS · FECIT

CXVII.

HONOREM · HABETO

CINERI · ET · MEMORIAE

ALOISI · COMASTRI

ABBATIS · AD · CIOLAM · PER · A · XXIII

QVI · PIETATEM · EXEMPLIS · ADSERVIT

MISERORVM · AERVMNAS · SVBLEVAVIT

COMITATE · ET · INTEGRITATE · MORVM

OMNIBVS · ACCEPTVS

VIXIT · ANNOS · LXXI

INGENTI · CVRIAE · DAMNO · NON · SVO · OCCVBVIT

VI · K · IVN · AN · MDCCCXXXXIII

ROSA · COMASTRIA · CAIET · VANCINI · VX ·

PATRVO · O · D · S · M ·

CXVIII.

HEIC · IN · PACE · CONDITVS · EST

FRIDERICVS · ANT · F · ARRIVABENE

ADOLESCENS · SVAVISSIMVS

PIETATIS · STVDIO · ET · INGENI · LAVDE · FLORENS

QVI · QVVM · TOTVS · ESSET · IN · PHILOSOPHIA · ADDISCENDA

EX · ANIMI · CONTENTIONE

VIRIVMQVE · DISPENDIO · INTERIIT

MAXIMAMQVE · SVI · EXPECTATIONEM · DISIECIT

VIXIT · AN · XX

OBIVIT · IIII · K · FEB · A · MDCCCXXXI

AVE · AVE · FRIDERICE

PATER · TVVS · DESIDERIO · LVCTVQVE · TE · HONORAT · PERPETVO

CXVIIII.

☧

OSSIBVS · CINERIBVSQVE

IOANNIS · SANTOLI

ADVOCATI

CVI · NOMEN · APVD · OMNES

ET · EXPECTATIONEM · SVMMAM · FECERVNT

INGENIVM · DOCTRINA · INTEGRITAS

VIXIT · A · LII

FRACTVS · VRBANO · STREPITV

CVM · IN · VILLVLAM · AMICI · SE · RECEPISSET

VT · SODALITIO · EIVS · FRVERETVR

DEC · IN · PACE · PR · K · IAN · A · MDCCCXXXVIII

PETRVS · FRATER

SOLAMINIS · NESCIVS · P · C ·



CXX.

OSSA · HEIC · BENE · COMPOSITA · ADQVIESCVNT

ALOISI · IOS · F · ROSSI

VIRI · IN · EXEMPLVM · FRVGI · PIENTIS

REI · AGRARIAE · PERITISSIMI

QVEM · IN · PVB · MVNERIB · OBEVNDIS

SOLLERTIA · SEDVLITAS · INTEGRITAS

IN · MARITI · PATRISQ · OFFICIIS · EXPLENDIS

AMOR · ET · RELLIGIO · CVNCTIS · PROBAVERE

IISERICORS · IN · EGENOS · CARVS · AMICIS · PROBATISS · OMNIBVS

VIXIT · A · XXXV · M · III · D · XII

DIVTVRNAE · AEGROTATIONIS · MOLESTIAS · RELLIGIONIS

SVBSIDIIS · SVFFVLTVS

INVICTO · ANIMO · PERPESSVS

ABIIT · AD · SVP · XI · K · MART · AN · MDCCCXXXXII

KAROLINA · FANGAREZZIA · VXOR · CVM · NICETA · FILIOLA

VCTV · LACRIMISQ · CONFECTA · FEC · B · M · IN · PACE

CXXI.

IOSEPHVS · ZANARDIVS

HEIC · IACET

VITAM · RELIGIOSISSIME · ACTAM

SANCTO · PROBAVIT · EXITV

VI · KAL · IVL · A · MDCCCXXXX

CXXII.

IN · PACE · ☧ · ADQVIESCIT

VINCENTIVS · BAVIERA

QVI · PARCVS · IN · VICTV · MODICVS · IN · CVLTV

IMAGINEM · PRISCAE · FRVGALITATIS · RETVLIT

EGENTES · AMISSVM · CONQVESTI · SVNT

K · OCT · A · MDCCCXXXXII

CAESAR · FIL ·

SVPREMVM · TIBI · O · PATER · DOLORIS · MONVMENTVM

POSVI

CXXIII.

QVIETI · CORPORIS · ET · MEMORIAE
FRANCISCI · XAVERI · AMADORI
ARCHIPRESBYTERI · PER · ANNOS · XXV
VIRI
LITTERIS · ET · DISCIPLINIS · MIRE · EXCVLTI
RELIGIONE · GRAVITATE · BENEFICENTIA · SPECTATISSIMI
QVI · POST · ECCLESIAM · LIZZANENSEM
AN · XIII · SANCTISSIME · ADMINISTRATAM
HVIC · CVRIAE · PRAEFECTVS
HONORISQ · CAVSSA · ARCHIPRESBYTER · RENVNCIATVS
TENAX · PROPOSITI
LABORIBVS · CONSTANTIA · AVCTORITATE
TEMPORIBVS · DIFFICILLIMIS · IVRA · ECCL · TVTATVS · EST
SVPELLECTILEM · SACRAM
DILIGENTISSIME · SERVAVIT · ET · DE · SVO · AVXIT
VIX · AN · LXVI · M · V · D · XXII
ACCEPTVS · VNIVERSIS
ET · IN · ANIMIS · AD · PIETATEM · EXCOLENDIS
NVNQVAM · OTIOSVS
DECESS · XI · KAL · FEB · A · M · DCCC · XXXVIIII
MART · AMADORIVS · DOCT · I · V · ARCHIP · AD · CASTENASIVM
IOS · CVRIO · AD · SIRANVM · ALOIS · DOCT · MEDICVS
FRATRI · OPTIMO · POS ·

CXXIIII.

HEIC · VTI · TESTAMENTO · CAVERAT

DORMIT · IN · ☧

KAROLVS · BERNARDI · F · LOVELLIVS

VIR · AB · ADOLESCENTIA · FRVGI

CVI · MORBVS · HORAR · X

FINEM · ADTVLIT · PRID · K · NOV · A · MDCCCXXXX

FILII · TRES · ET · SORORES · TOTIDEM

PATREM · COMPOSVERE

AVE

CXXV.

PACI

DOMINICI · LELLI

QVEM · PIETAS · ET · BENEFICENTIA

CVNCTIS · PROBAVERE

N · A · P · M · LXXVII

MVLTIS · LACRIMABILIS · OBIIT · X · OCT ·

A · MDCCCXXXI

CXXVI.

FELICI · MICHELINIO

NEGOTIATORI · ARGVTIARVM · METALLICARVM

HOMINI · INTEGRITATIS · PRAESTANTIA

OMNIVM · CONSENSIONE · PROBATISSIMO

QVI · APOPLEXI · ET · HYDROPE

PER · BIENNIVM · EXERCITVS

IMPROVISO · SED · NON · IMPARATVS · OCCVBVIT

K · AVG · A · $\overline{\text{MDCCCXXXXIIII}}$

VINCENTIVS · SVARIVS

FECIT · AMICO · AB · INITA · CONSVETVDINE

PER · AN · $\overline{\text{XXX}}$ · VNANIMO · SVAVISSIMO

CXXVII.

FRANCISCVS · VALDANIVS

ANNOR · L · Θ · IIII · K · OCT · A · MDCCCXXXVIII

OSSA · EIVS · HEIC · SITA · SVNT

ANIMA · IN · PACE · QVIESCAT

CXXVIII.

OSSA · HEIC · ET · CINERES

EMYGDI · IOAN · F · MENGOLI

PHONASCI · BASILICAE · PETRONIAN ·

SACERDOTIS · INTEGERRIMI

MORVM · LENITVDINE · AC · SVAVITATE

OMNIBVS · PERACCEPTI

NVNQVAM · SIBI · NON · AEQVALIS · VIX · A · LIII ·

ADQVIEVIT · PRID · KAL · AVG · A · MDCCCXXXXIII

GELTRVDE · BRVNELLIA · HEV · MATER

FECI · FIL · KARISS · QVOD · MIHI · FACIEND · FVERAT

CXXVIIII.

ALOISIO · DOMINICI · F · TAGLIAVINIO

CANON · TEMPLI · METROPOLIT · IVDICI · KLERICIS · PROBAND·

COOPTATO · IN · COLLEGIVM · PHILOSOPHORVM

DOCT · DEC · LOGIC · ET · METAPHISIC · TRADEND · IN · LICEO · MAGNO

SODALI · BENEDICTINO · MATHEMATICO · EXIMIO

QVI · VIROR · DOCTISS · IOAN · GVGLIELMINI · ET · IOS · VOGLI

VICES · IN · DOCENDO · EXPLERE · IVSSVS

AB · IPSA · IVVENTVTE

MAGNAM · SIBI · NOMINIS · FAMAM · COMPARAVIT

IDEM · ARCHIEPP · NN · ANDREAE · IOANETTO

ET · KAROLO · OPPIZZONIO · VV · EE

PROPTER · DOCTRINAM · PRVDENTIAM · INTEGRITATEM

PROBATISSIMVS · ACCEPTISSIMVS · Q · FVIT

RELIGIONE · CANDORE · ANIMI · BENEFICENTIA · SPECTATVS

VIXIT · A · LXXIII · M · VI · D · VII · DEC · X · KAL · APRIL · A · MDCCCXXXX

OSTI · FRATRES · FRANCISCVS · ET · IOSEPHVS

HH · EX · TEST · POSVERVNT

PACEM · PRECATI · AVVNCVLO · MAGNO · BENEMERENTI

CXXX.

HEIC · EST · POSITVS · IN · PACE
IOSEPHVS · CAVALIERIVS
RARAE · VIRTVTIS · VIR
DE · SVIS · OPTIME · MERITVS
CVIVS · SOLLERTIAM · QVAE · SVMMA · FVIT
RELLIGIO · AVXIT
COMITAS · ET · MODESTIA · ORNAVERVNT
VIXIT · AN · LXXI
REPENTINO · MORBO · SIMVL · CORREPTVS · ET · EXTINCTVS · EST
NONIS · IAN · AN · MDCCCXXXXI
ACHILLES · ET · CAESAR
FECERVNT · PATRI
AMANTISSIMO · SVPRA · OMNIA · EXEMPLA
QVI · HOC · VNVM · METVIT · DVM · VIVERET
NE · SVORVM · ESSET · SVPERSTES

CXXXI.

ANTONIVS · CAVALLINA

VIR · RECTVS · ET · SANCTVS

EXEMPLAR · AEVI · PRIORIS

IACET · HEIC

SYNCOPE · OPPRESSVS

OBIIT · V · K · OCT · A · MDCCCXXXX

CXXXII.

A ☧ Ω

DOMINICO · ALBERTIO

VIRO · PROBO · RELIGIOSISSIMO

AET · ANNOR · P · M · LV · VITA · FVNCTO

VICTORIA · MAZZARELLIA · FECIT · MARITO

QVEM · VIVVM · AMAVIT · EREPTVM · LVXIT

IIII · EID · OCT · A · MDCCCXXXXI

CXXXIII.

A KAROLO · MAZZOLANIO Ω
DOMO · FORO · CORNELI · PATRICIA · NOBILIT·
ADLECTO · INTER · PRIMORES · ITALICI · REGNI · EQ · SICIL·
EX · COLLEGIO · IVRISCONSVLTORVM
VIRO · GRAVISSIMO · COPIOSISSIMO
QVEM · NAPOLEO · AVG · MVLTIS · PRAEFECTVRIS · E · R · P · GESTIS
IVDICEM · SVPREMVM
AD · CAVSAS · RERVM · IVDICAT · DIRIMEND · DIXIT
PIVS · VII · PONT · MAX · COGNITOREM · IVDICIOR · RENVNCIAVIT
LEO · XII · PRAETOREM · IVSSIT
EOQVE · MVNERE · EX · DECRETO · SVBLATO
GREGORIVS · XVI · TERTIO · IVDIC · RECOGNOSCENDIS · PRAEFECIT
BONI · OMNES · HONORIBVS · ET · MVNERIBVS
SANCTE · PERFVNCTVM · TESTATI · SVNT
VIXIT · A · LXXXIIII · REM · PVBLICAM · EGIT · A · LX
PATER · FAMILIAS · IN · EXEMPLVM
CONSILIO · SAPIENTIA · LABORIBVS · DOMI · FORISQVE · CLARVS
DEC · IV · KAL · MAIAS · ANNO · MDCCCXXXVI
FRANC · MAZZOLANIVS
DOCT · MED · ADLECT · INTER · PRIMOR · I · R ·
HEIC · APVD · CINERES · VXORIS · EIVS
MARIAMNES · ANT · GAMBERINI · CARD · SORORIS
PATRI · INDVLGENTISS · B · M ·
AMORIS · PIGNVS · ET · MOERORIS · SOLAMEN · POSVIT

CXXXIIII.

ACHILLES · VASIVS
VIR · PRVDENS · RERVM
H · S · E
OBIIT · K · IAN · A · MDCCCXXXX
AETATIS · L · VIX · EMENSVS

CXXXV.

☧ HIC · IACET ☧
ALOISIVS · BARTHOLOMAEI · F · GALLONIVS
VIR · INDOLIS · SVAVISSIMAE · MORVM · INTEGERRIMORVM
IN · SECVNDIS · TEMPERATVS · IN · ADVERSIS · CONSTANS
VIXIT · A · LXII · DEC · PRID · K · DCEMBR · A · MDCCCXXXVIII
IOSEPHVS · GALLONIVS
PATRI · AMANTISS · CVM · LACR · POSVIT
HEV · CITO · NIMIS · ABREPTE
TE · IN · PACE · SVA · ☧ · FACIAT

CXXXVI.

☧ ☧

HIC · SITVS · EST · EX · TEST ·

IOANNES · IVLIANI · F · PREDIERIVS

ANNOR · LXXVII

QVI · LYRA · MAXIMA · EXCELLVIT

DIVTVRNO · MORBO · PROBATVS

ABSCESSIT · XV · K · APR · A · MDCCCXXXXII

XAVERIA · MESCHINIA

MOERENS · FECIT · VIRO · SVO

AVE · AVE · ANIMA · CANDIDISSIMA

ET · ESTO · MEMOR · CONIVGIS

RECORDATIONE · VIRTVTVM · TVARVM

QVANDO · ID · VNVM · RESTAT · VIDVITATEM · SOLATVRA

CXXXVII.

LIVIVS · RABBIVS · ANNOR · LI

Θ · XV · K · OCT · A · M · DCCC · XXXX

HEIC · COMPOSITVS · EST

EGENORVM · LACRIMIS · HONESTATVS

FELIX · QVI · TALE · PRAECONIVM · MERVISTI

CXXXVIII.

QVI · LEGIS · PACEM · SVPERVM · ADPRECARE

FRANCISCO · TINARELLIO

ARCHIPRESBYTERO · AD · MARANVM

CVLTORI · POLITIORIS · HVMANITATIS

QVEM · IN · RELIGIONE · COLENDA · STVDIOSVM

IN · MORBIS · FERENDIS · PATIENTEM

CVRIATI · OMNES · AD · EXITVM · VSQVE · MIRATI · SVNT

VIXIT · A · P · M · LVII

AD · SEDES · CAELESTIVM · PLACIDO · EXITV · EMIGRAVIT

PRID · ID · NOV · AN · MDCCCXXXXI

CXXXVIIII.

CAESAR · LASIVS

VIR · PIVS · PRVDENS · GRAVIS

QVEM · STVDIVM · PARTIVM · OPTIMARVM

PLVRIMVM · COMMENDAVERE

VIXIT · VALVIT · AD · AN · $\overline{\text{LXX}}$

INGRAVESCENTE · MORBO · NON · MOERENS · NON · ANXIVS

MORTALEM · VITAM

IMMORTALI · PLACIDE · COMMVTAVIT

$\overline{\text{IIII}}$ · NON · FEBR · A · $\overline{\text{MDCCCXXXXI}}$

ROSA · MASETTIA

MARITVM · B · D · S · M ·

CVM · LACRIMIS · ELATVM · TITVLO · HONESTAVIT

CXXXX.

EXVVIAE · HEIC · ADQVIESCVNT

VINCENTI · GRILLI

QVI · SVOS · IVVIT · EGENIS · OPITVLATVS · EST

VIXIT · A · XXXX

DEFVIT · VII · EID · OCT · A · MDCCCXXXXII

IOANNES · PATER

ORBVS · FILIO · VNICO

CXXXXI.

KAROLVS · CAVALLINA

MENSOR · AGRARIVS

COMPOSITVS · IN · PACE · HIC · ADQVIESCIT

FECIT · MARIA · ANTONIOLIA · Q · ET · HERES

CONIVGI · DVLCISS · B · M ·

QVEM · A · RELIGIONE

ET · PERITIA · ARTIS · SVAE · COMMENDATVM

BONI · OMNES · LVXERVNT · ABREPTVM

XIIII · K · IAN · A · MDCCCXXXXIII

V · A · LXVI · M · VIII · D · VI

CXXXXII.

ANTONIO · SEBASTIANI · F · POGGIO

EX · IESVALDA · MASETTIA

GEOMETRAE

ADLECTO · IN · CENTVR · HONORATOR · AD · CVSTODIAM · LATERIS

EVGENI · VICE · SACRA · PER · ITALIAM · FVNGENTIS

QVI · DITIONE · PONTIFICIS · MAXIMI · RESTITVTA

DOMVM · REDVX

PRAEFECTVRA · MVNICIPI · CRESPELLANENSIS · FVNCTVS · EST

PIVS · INTEGER · COMIS · BONIS · OMNIBVS · ACCEPTVS

VIXIT · ANNOS · XXXXI · MENSES · VIIII · DIES · IIII

DECESS · IN · MAGISTRATV · XI · KAL · NOV · A · MDCCCXXXIII

BARBARA · SIGNIA · VXOR · ET · HERES · VSVFRVCTVARIA

NOMINE · ETIAM

HIERONYMI · ADV · PETR · DOCT · MED · DOMINIC · AGRIMENS ·

IACTVRAM · FRATRIS · AMANTISSIMI · COMPLORANTIVM

MARITO · INCOMPARABILI

HEIC · VTI · TESTAMENTO · PRAEOPTAVIT

VOLVNTATI · EIVS · OBTEMPERANS · F · C ·

CXXXXIII.

ANGELVS · PIZZIVS
EXTINCTVS · NONIS · NOV · A · MDCCCXXXXI
VIXIT · AN · LXX · PIVS · COMIS · PVDICVS
ALEXANDER · NEPOS
F · C · OBSEQVENTIS · GRATIQVE · ANIMI · CAVSSA
ERGA · PATRVVM · OPTIMVM · BENEMERENTISSIMVM

CXXXXIIII.

BENE · TIBI · SIT · IOANNES
QVI · ME · BENE · AMASTI
IOANNI · ANGELI · F · PVCCIO
DOMO · LVCA · INCOLAE · BONONIENS ·
QVI · AETATIS · FLORE · ANNOR · XXXI · M · I · D · III
ABREPTVS · EST · V · ID · MART · A · MDCCCXXXX
ALOISIVS · PVCCIVS
FRATRI · AMANTISSIMO · CONCORDISSIMO
MONVMENTVM · AMORIS · ET · LVCTVS · P · C ·

CXXXXV.

LVCIVS · LODIVS

ADOLESCENS · ANNOR · XXV

INGENIO · MAGNO · STVDIO · PARI

HEIC · IN · PACE · DORMIT

IMPROVISO · EXITV · EXTINCTVS · EST

XI · K · NOV · A · MDCCCXXXX

MAXIMA · SPE · DOMVS

IN · FLORE · AETATIS · DISIECTA

ANDREAS · LODIVS

SEPVLCRO · FILII · DESIDERATISSIMI

TITVLVM · SVPERADDENDVM · CVRAVIT

CXXXXVI.

SACRO · CINERI · ET · PIAE · MEMORIAE

IOSEPHI · BLASII · F · BORTOLOTTI

DOMO · RIOLO · AD · FOR · GALLOR ·

VIRI · INTEGERRIMI · PIENTISSIMI

QVI · STVDIO · RELIGIONIS · VNICE · INCENSVS

MVNERA · QVAEQVE · OPTIMI · SACERDOTIS · IMPLEVIT

NATVS · A · LXVI · D · XXVIIII

QVIEVIT · IN · PACE · ☧ · PR · K · MAIAS · A · MDCCCXXXXI

FABIVS · FABRIVS · ADV · ET · ANTONIVS · ZAGNIVS

H · H · FIDVCIARII

SECVNDVM · OPTATA · EIVS · F · C ·

CXXXXVII.

ALOISIVS · COMELLINIVS

VIR · PROPOSITO · SANCTVS

HEIC · IN · PACE · ☧ · REQVIESCIT

VIXIT · A · L · DEC · IV · K · AVG · A · MDCCCXXXX

QVI · PRAETERGREDERIS · DICITO

PAX · TIBI

CXXXXVIII.

DORMIENTI · IN · PACE

ANTONIO · LAVRENTII · F · MASETTIO

QVO · NIHIL · IN · OMNI · GENERE · LAVDIS

AD · EXEMPLAR · ANTIQVITATIS · EXPRESSIVS

EGIT · A · LX · Θ · IIII · K · IVN · A · MDCCCXXXX

IOSEPHVS · FILIVS

PATERNARVM · VIRTVTVM · MEMOR · P · C ·

CXXXXVIIII.

DEFLETIS · CINERIBVS

CRISPOLDI · EX · PRIMORIB · S · R · I · DE · GREGORI

DOMO · FVLGIN ·

ADOLESCENTIS · RARISS · INTEGRITATIS · INNOCENTIAEQ ·

IN · COAEQVALIVM · EXEMPLVM · NATI

QVI · BONONIAE · IN · COLL · ALOISIANO

STVDIORVM · CAVSSA · DIVERSANS

BREVI · MORBO · CORREPTVS

MORTEM · CERTISSIMAM

PIO · INVICTOQVE · ANIMO · PROSPECTANS

EXITV · PLACIDISSIMO · EMIGRAVIT

XVII · K · IAN · A · MDCCCXXXXI

CVM · ESSET · ANNOR · XV · M · II

LVCRETIA · CAPELLETTIA

FILIO · KARISSIMO

PERENNIS · LVCTVS · MON · FAC · CVR ·

CL.

IOANNI · MARTELLIO · AN · XXXX
Θ · K · FEBR · A · M · DCCC · XXXXI
VERONICA · RONCHIA
MARITO
ANTONIVS · ET · IOSEPHVS
PATRI

CLI.

☧

KAROLO · BERNARDI · F · LENZIO
NEGOTIATORI · CANNABIS
LIBERATA · REMONDINIA
POSVIT · MARITO · AMANTISSIMO
QVEM · PIETAS · ORNAVIT
DIVTVRNI · MORBI · VIS · CAELO · PARATVM · ABRIPVIT
III · EID · IVN · A · MDCCCXXXV
QVVM · ESSET · AET · ANNOR · XXXXVIIII

CLII.

A ☧ Ω

OSSA · HEIC · SITA

HIERONYMI · BERNARDI · F · BASSETTI

POSTREMI · GENTIS · SVAE

VIRI · PIETATIS · SINGVLARIS

AD · CONCILIANDOS · ANIMOS · MIRE · APTI

QVI · SVBSTANTIAM · SVAM · VNIVERSAM

PVELLIS · E · PLEBE · ALENDIS · DOTANDIS

TESTAMENTO · LEGAVIT

PARCVS · SIBI · ALIIS · MVNIFICVS

VIXIT · A · LXX · BREVI · MORBO · OCCVBVIT · K · FEB ·

A · MDCCCXXXXIIII

☧ · TE · IN · PACE

CLIII.

☧

REQVIETI · CINERVM · ET · PIAE · MEMORIAE

ANTONI · CAROLI · F · GALAMINI

DOMO · FAVENTIA

CVLTORIS · PERPETVI · VIRGINIS · MATRIS

QVI · DIRO · DIVTVRNOQVE · MORBO · TENTATVS

OMNIA · PATI · IN · EXPIATIONEM · DVLCE · HABVIT

VIXIT · A · LIIII

ABIT · AD · CAELESTES · DIE · QVO · AEDES · SANCTAE · PATRONAE

EX · PRODIGIALI · NIVE · DEDICATAST ·

A · MDCCCXXXXII

MARIA · RICCIA · VXOR

CVM · KAROLO · IOSEPHO · ALFONSO · FILIIS

MARITO · ET · PATRI · F · CVM · LACR ·

CLIIII.

ODOARDVS · VIVOLIVS

QVI · VIXIT · A · XXXXVIII · M · II

OCCVBVIT · IIII · ID · MART · A · MDCCCXXXXIIII

PAX · TIBI · ANIMA · RELIGIOSISSIMA

CLV.

DATVM · QVIETI · CORPORIS

VINCENTII · CVRTII

NEGOTIATORIS · TEXTILVM · CANNABINOR ·

CVLTORIS · EXIMII · CAELITVM · SANCTORVM

NATVS · ANNOS · XXXXVIIII

COMPOSITVS · EST · IN · PACE · K · APR · A · MDCCCXXXXII

ANNA · CVRTIA · FIL · MOERENS · POS ·

FRANC · ALOIS · BERNARD · NEPP · COLLACRVMANT ·

CLVI.

MEMORIAE · SVAVISSIMAE

HERNESTI · NISI

CHIRVRGIAE · LAVREA · EXORNATI

ADOLESCENTIS · SPEI · CERTISSIMAE

MAGNO · IN · ADVERSIS · ANIMO

QVEM · VIRTVTE · OMNIGENA · ACERRIMOQVE · INGENIO

PRAECLARA · QVAEQVE · POLLICENTEM

DIRA · VIS · MORBI · ABRIPVIT · XV · K · AVG · A · MDCCCXXXXIIII

NATVM · AN · XXVI · MENSES · XI · DIES · XII

CLYTVS · NISIVS · ET · MARIA · ROMAGNOLIA · MORTE · DECEPTI

FILIO · OBSEQVENTISSIMO · HEV · PEREGRE · DEFVNCTO

ILLACRIMANTES · POSVERVNT

AVE · AVE · DESIDERIVM · NOSTRVM

TE · TVI · OMNES · DVM · VITA · SVPPETET

GRATA · PROSEQVEMVR · MEMORIA

AVE · ITERVM · ANIMA · DVLCISSIMA · ET · IN · ☧ · GAVDEAS

CLVII.

☧ ☧

PRAETEREVNTES · DEFLETE · CVM · MATRE · MISERRIMA

LVCRETIA · BIONDIA · CON · VID · IOAN · PICCIONĪ · ADV ·

IACTVRAM · ACERBISSIMAM · LACRIMIS · INSOLABILIBVS

DONEC · VITA · MANSERIT · DEFLETVRA

TVQVE · AVE · LAVRENTI · FILI · CARISSIME

QVEM · MORIBVS · AVREIS · PRAEDITVM

DVM · LAVREA · IVR · VTR · EXORNATVM

DOMVM · REDVCEM · PRAESTOLABAR

NATVM · ANNOS · VIX · $\overline{\text{XXII}}$

SAEVISSIMA · MORS · PROCVL · A · PATRIA

$\overline{\text{V}}$ · K · SEPT · AN · $\overline{\text{MDCCCXXXXIIII}}$

PRAERIPVIT · MATRI · TVAE

QVAE · PEREGRE · CONSISTENS · MONVMENTVM · TIBI · DAT

SVPREMVM · AMORIS · PIGNVS · SVAEQVE · LEVAMEN · ABSENTIAE

AVE · AVE ·

CLVIII.

HEIC · IN · PACE · DORMIT
DOMINICVS · GRITTIVS
QVEM · NATVM · ANNOS · XX
ABREPTVM · XVIII · KAL · DEC · A · MDCCCXXXX
BERNARDVS · GRITTIVS · EX · ANNA · LOCATELLIA · PARENTES
TITVLO · HONESTANDVM · CVRAVERVNT

CLVIIII.

A ☧ Ω
FRANCISCO · AENEAE · F · PARISIO
VIRO · SINGVLARIS · PROBITATIS
BENEFICENTIA · ET · COMITATE
LAVDEM · ET · BENEVOLENTIAM · MERITO
PIVS · VIXIT · AD · AN · LXXXI · M · I · D · XVI
DEC · PRID · NON · NOV · A · MDCCCXXXXII
ANGELVS · PARISIVS · CVRIO · AD · CASADIVM
AMISSVM · PATREM · MAGNO · MOERORE · PROSEQVVTVS
MON · P ·

CLX.

GERMANVS · SIBAVD

CVSTOS · ET · MONSTRATOR · COEMETERII

HEIC · LOCO · HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA

PVBLICE · DATO

IN · PACE · ☧ · QVIESCIT

DESIDERATVS · EST · XVII · KAL · DEC ·

AN · MDCCCXXXX · AETATIS · SVAE · LX

VXOR · ET · FILII

SANCTVM · RATI

BONORVM · NOMINA · POSTERITATI · COMMENDARE

TITVLVM · MAIORA · MERITO

INSCRIBI · IVSSERVNT

CLXI.

☧ CORPVS ☧

LAVRENTII · IOAN · F · MORELLI

VIRI · AGENDARVM · RERVM · SCIENTISSIMI

BENEFICENTIA · IN · EGENOS

PRAESERTIM · QVOS · STIPEM · ROGARE · PVDET

SPECTATISSIMI

HEIC · CONDIDIT

ALOISIVS · FILIVS · CVM · LACRIMIS

PLACIDO · EXITV · EVOLAVIT · AD · SVPEROS

DIE · NATALI · CAELITIS · COGNOMINIS

A · MDCCCXXXXII

CLXII.

PACI · ET · MEMORIAE

DOMINICI · PHILIPPI · F · VIOLAE

CON · GELTRVDAE · TORCHIAE

NEGOTIATORIS · LINTEARII

HOMINIS · PIISSIMI · ABSTINENTISSIMI

AETATE · ANNOR · L · M · IIII · D · III · VITA · FVNCTI

KAL · NOV · A · M · DCCC · XXXVIIII

VIOLAE · FRATRES · CAIETANVS · ET · ALOISIVS

CVM · ANGELA · ET · ROSA · SORORIBVS

HEREDES · AB · INTESTATO

POS · FRATRI · KARISSIMO

INTRA · PAVCAS · HORAS · PROH · DOLOR · ABREPTO

CLXIII.

LOCVS · SEPVLTVRAE
LAVRENTI · PETRI · F · BORGOGNONI
QVEM · ANNOS · NATVM · LXI
IOANNES · ET · ANTONIVS
ABREPTVM · IDIB · IAN · A · MDCCCXXXX
PATREM · INDVLGENTISSIMVM
ILLACRIMATI · SVNT

CLXIIII.

VIRTVTI
CAESARIS · PETRI · F · FOSCHI
ANNOS · NATI · XXXXVI
RAPTI · KAL · IVL · A · MDCCCXXXXIII
VERONICA · FOSCHIA
FRATREM · PRAECLARE · DE · SE · MERITVM
PROBATVM · OMNIBVS
BENEVOLENTIAE · EIVS · MEMOR · CONDI · IVSSIT

CLXV·

DEFLETO · CINERI · ET · MEMORIAE

IOSEPHI · ANT · F · ROSSI

V · VIRI · VALETVDINARIO · PVBL · REGVNDO

HOMINIS · FRVGI · ABSTINENTIS · INTEGRI

MARITI · OPTIMI · PATRIS · FAMILIAS · DILIGENTISSIMI

DE · LIBERIS · EGREGIE · MERITI

QVI · PRAEFECTVRA · MVNIC · N · PLVRIES · HONORATVS

MVNVS · SVVM · OBIVIT · IN · EXEMPLVM

ET · PATER · PAVPERVM · HABITVS · EST

EGIT · AN · LXVI

CAELESTIA · APPETIIT · XIIII · K · SEPT · A · MDCCCXXX

FILII · TAM · CARI · CAPITIS · AMISSIONE · MOERENTES

FEC · IN · PACE · ☧

CLXVI.

QVIETI · CINERVM
FEDERICI · RVVINETTI
ADOLESCENTIS · MANSVETI · SVAVIS
QVEM · FORMAE · VENVSTATE · FLORENTEM
HEV · VIS · MORBI · PERCVLIT · X · KAL · OCT · A · MDCCCXXXX
PARENTES · MOESTISS · POS ·

CLXVII.

A OSSA · POSITA · HEIC · SVNT Ω
VINCENTI · SEBASTIANI · F · ZOCCAE · ANNOR · LXXII
QVEM · RELLIGIO · PIETAS · BENEFICENTIA
CARVM · PROBATVMQVE · OMNIBVS · FECERVNT
DIVTVRNI · MORBI · VI · AFFLICTATVS
DECESSIT · EXITV · PLACIDISSIMO · III · K · NOV · A · MDCCCXXXX
LAVRENTIVS · ZOCCA · P · C ·
AMISSIONEM · PATRIS · OPTIMI · LACRIMIS · PROSEQVVTVS

CLXVIII.

QVIESCIT · IN · ☧

CAIETANVS · IOS · F · MONZALIVS

NEGOTIATOR · SALSARIVS

AEQVI · OBSERVANTISSIMVS

QVI · FILIORVM · MVLTORVM · PATER

SINGVLOS · CARITATE · COMPLEXVS

RELIGIONEM · OMNEM · EXEMPLO · SVO · DOCVIT

VIXIT · AN · LXIII · M · X · D · XXXVIII

HVC · VALETVDINIS · RESTITVEND · CAVSS · PROGRESS ·

PRO · SALVTE · EX · INSPERATO · MORTEM · OPPETIIT

X · KAL · AVG · AN · MDCCCXXXVIII

IOSEPHVS · ET · AVGVSTINVS · FILII

MON · FAC · CVR ·

PACEM · APVD · SVPEROS · PRECATI

ANIMAE · BENE · MERENTI

CLXVIIII.

IOSEPHVS · FACCIOLIVS

HEIC · ADQVIESCO

PARVO · CONTENTVS · VIXI · AN · LX

LIBENS · DECESSI · K · FEBR · A · MDCCCXXXXIII

PRAETEREVNTES · DICITE · PAX · TIBI · IOSEPHE

CLXX.

ALOISIO · COSMAE · F · ZAMBONIO

MORVM · HONESTATE · SOLLERTIA · SPECTATISSIMO

QVI · AGENS · ANNVM · LXIIII · DIRA · VI · MORBI · OCCVBVIT

XVI · KAL · IVN · AN · MDCCCXXXVIIII

DARIA · RACHEL · ET · PRAXEDES · FILIAE

CVM · MARIANNA · RANDABOSCHIA · SOR ·

MON · PERPETVI · AMORIS · TESTEM

MOERENTES · POSVERE

CLXXI.

☧

EXVVIAE

VINCENTII · CANTONI

TVBICINIS

MODORVM · MVSICORVM · APPRIME · SCIENTIS

QVI · PIVS · IN · DEVM · OBSEQVENS · IN · SVOS

VIX · A · XVII · M · II · D · XVII

HONOREM · MAGISTERII · MVSICES · MOX · RELATVRVS

OB · PRID · K · SEPT · A · MDCCCXXXXII

FECIT

CAIETANVS · CANTONIVS · PATER

AMISSIONE · FILII · AEQVANIMI · PIENTIS

· INFELICISSIMVS

CLXXII.

HEIC · VBI · PRAEOPTAVIT · EXVVIAS · SVAS · RELIQVIT

DOMINICVS · FIDELIS · F · BELLIVS

ANNORVM · LVIII

Θ · PRID · K · FEBR · A · MDCCCXXXXIII

QVEM · PIVM · IN · DEVM

BENIGNVM · IN · EGENOS

NEMO · NOTORVM · VNVS · NON · COMMEMORAT

ANTONIA · MONARIA · VXOR

TAM · CARI · CAPITIS · DESIDERIO · AD · LVCTVM · RELICTA

TITVLVM · POSVIT

QVOD · VNVM · MORS · PATITVR · MVNVS

CLXXIII.

A ☧ Ω

LVDOVICO · FRANC · F · AMBROSIO
COOPTATO · IN · CONL · THEOLOGOR · IVDICI · KLERICIS · PROBAND·
IN · SACRIS · EXPEDITIONIB · DALMONTIANIS
MVLTA · CVM · LAVDE · VERSATO
ARCHIPRESBYTERO · VICARIA · POTESTATE
MVNERE · SVO · PER · ANN · XXXVIIII
SANCTE · ET · IN · EXEMPL · PERFVNCTO
VIRO · RELIGIONE · CONSILIO · BENEFICENTIA · SPECTATISSIMO
SVAVITATE · MORVM · OMNIBVS · COMMENDATO
QVEM · CVRIATI · VNIVERSI
OB · EXIMIAM · PERPETVAMQVE · SEDVLITATEM
RELIGIONIS · FOVENDAE · DOMVS · DIVINAE · SPLENDORIS
SERVANDI · AVGENDIQVE
ANIMORVM · AD · PIETATEM · INFORMANDORVM
VIVENTEM · COMMENDAVERE
DEFVNCTVM · IIII · KAL · MAIAS · AN · MDCCCXXXXIIII
ILLACRIMATI · SVNT
FRANCISCVS · MONTIVS · ARCHIT · NEPOS
CVM · CATHARINA · AMBROSIA · POMPEIO · MONTIO · NVPTA
ET · XAVERIA · SORORIB ·
FEC · ANIMAE · BENE · MERENTI

CLXXIIII.

CINERIBVS · SACRIS

CAIETANI · AGVCCHI · ARCHIPRESB ·

PRAEP · VIC · POT ·

VIRI · FRVGI · INTEGERRIMI

SACRARVM · LITTERARVM · SCIENTISSIMI

MVNERE · SVO · IN · EXEMPLVM · PERFVNCTI · PER · AN · XXXV

CVIVS · BENIGNITAS

IN · SVMMA · CARITATE · ANNONAE

PATRIMONIO · IN · ALIMENTA · EGENORVM · PROFVSO

VSQVE · AD · LARGITATEM · ENITVIT

ANNOS · NATVS · PLVS · MINVS · LXXXVII

DECESSIT · V · KAL · AVG · A · MDCCCXXXVIII

HEV · QVANTO · PAVPERVM · GEMITV · ET · LVCTV · BONORVM

HVIC · CVRIA · VNIVERSA · TITVLVM · POSVIT

MAIORA · MERENTI

CLXXV.

SACRO · CINERI
ALOISI · BRIGHENTI
SACERDOTIS
QVEM · CIVES · SVI
CONSILIO · GRAVITATE · SANCTIMONIA · PRAESTANTEM
VIVENTEM · COMMENDAVERVNT · AMISSVM · DESIDERANT
EGIT · AN · LII
SVPERIS · ADDITVS · EST · PR · ID · IVN · A · MDCCCXXXXI

CLXXVI.

A ☧ Ω
IACOBO · MIGNANIO
VIRO · PROBO · RELIGIOSO
ANNOS · NATO · P · M · LXXXVII
ABREPTO · III · ID · FEB · A · MDCCCXXXXII
MARIA · FILIA
CVM · IOAN · IOSEPHO · ET · STANISLAO · NEPOTIB ·
BENE · MERENTI · F ·
AVE · IN · PACE

CLXXVII.

☧ MAVRO · KAROLI · F · BERTIO ☧

SODALI · BONONIENS · BONIS · ARTIB · EXCOLEND ·

PRAESTANTIA · PICTVRAE · SCENICAE · ATQVE · ORNAMENTARIAE

LAVDEM · EXIMIAM

DOMI · FORISQVE · ADEPTO

PIVS · VIXIT · A · $\overline{\text{LXX}}$ · D · $\overline{\text{XX}}$

MORTEM · OPPETIIT · VITAE · CONSENTANEAM

PRID · K · FEB · A · $\overline{\text{MDCCCXXXXII}}$

ANNA · SABIONIA · VXOR · QVAE · ET · HERES · EX · ASSE

ARBITRATV · SVO · TEST · FACERE · IVSSA

MARITO · OPTIMO · INCOMPARABILI

CVI · ET · FVNVS · SPLENDIDVM · INSTAVRAVIT

MONVMENTVM · ET · LACRIMAS · TESTES · AMORIS · DEDIT

CLXXVIII.

CINERIBVS · ET · VIRTVTI

FRANCISCI · ANT · F · SPISNI

MEDICI · CHIRVRGI

SCIENTISSIMI · ARTIVM · SVARVM

COOPTATI · IN · CONLEG · MEDIC · CHIRVRG ·

V · VIRI · VALETVD · PVB · TVEND ·

AET · ANNOR · P · M · LXII · VIT · FVNCTI

XVIII · K · OCT · A · MDCCCXXXXII

ANTONIVS · ANNA · ET · ROSA · FIL ·

PATREM · OPTIMVM · INCOMPARABILEM

QVEM · VIRTVTIS · ET · SANCTIMONIAE · EXEMPLVM · SVSPEXERVNT

PERENNI · PIETATIS · ET · OBSEQVI · SVI · MONVMENTO

HONESTANDVM · CVRAVERE

CLXXVIIII.

MAXIMILIANO · LORENZINIO

QVEM · AET · AN · XIII · M · III · D · VI · FLORENTEM

INGENIVM · PIETAS · OMNIBVS · COMMENDABANT

ANTONIVS · LORENZINIVS

FEC · FIL · HEV · PRAEPROPERE · AMISSO

XV · KAL · MAIAS · AN · MDCCCXXXVIII

CLXXX.

PIAE · MEMORIAE

ANTONI · PIEROTTI

ARCHIP · VIC · POTESTATE

VIRI · FRVGI

DISCIPLINAE · IN · REBVS · OMNIBVS · SERVANTISSIMI

QVI · HANC · HONORIS · SVI · AEDEM

A · SOLO · REFECIT

CVRIANISQVE · KARISSIMVS · FVIT

NATVS · AN · LXXII

DECESS · IIII · K · APR · A · MDCCCXXXXI

CLXXXI.

ALOISIO · VALLAE

ADOLESCENTI · RELIGIOSISSIMO

ABREPTO · AET · ANNOR · XXI

QVI · TERRENA · QVAEQVE · SPERNENS

CAELESTIA · VSQVE · ET · VSQVE · PRAEOPTAVIT

ANNVNTIATA · VITALIA

MOERORE · ET · LACRIMIS · HONORAT

FILIVM · VNICVM · REVERENTISS ·

VITA · DEFVNCTVM · IDIB · IVL · A · MDCCCXXXXI

AVE · AVE · ANIMA · MEA · IN · PACE

ET · QVAM · SVAVISSIMA · CONSVETVDINE · TVA

SOLABARIS · IN · TERRIS

DE · CAELO · SVCCVRRE · MATRI · INFELICISSIMAE

CLXXXII.

A · CINERIBVS · Ω
DOMINICI · VINCENTI · F · GALLI
EX · MARIA · GIOVANNINIA
CON · ADELAIDIS · TROMBETTIAE
SARCINATORIS
A · PROBITATE · RELIGIONE · PIETATE
ET · ARTIS · SVAE · PERITIA · COMMENDATI
QVEM · MORBVS · MENS · III · ET · DIER · VI
INVICTA · PATIENTIA · TOLERATVS
CAELO · APTVM · EFFECIT
VIXIT · AN · XXVIII · M · VII · D · XIIII
EMIGRAVIT · XVIIII · K · APR · A · MDCCCXXXXIIII
ALOISIVS · GALLIVS
CVRIO · MINOR · AD · SILVERI · IN · SVBVRB ·
NE · PARENTVM · IN · AEDE · CVRIALI · SVA · DEGENTIVM
DOLOR · IN · DIES · RECRVDESCERET
FRATREM · OPT · DESIDERATISSIMVM
HEIC · HVMANDVM · CVRAVIT

CLXXXIII.

HEIC · EST · CORPVS · CONDITVM

ALOISI · CAIET · F · GIORGI

PHARMACOPOLAE

VIRI · SPECTATAE · RELIGIONIS · ET · FIDEI

PERITIA · ARTIS · SVAE · EGREGIAM · LAVDEM

PROMERITI

VIXIT · A · XXXIIII · DEC · XVIII · K · SEPT ·

A · MDCCCXXXXII

ANNA · LORENZINIA · VXOR · CVM · FIL ·

MARITI · ET · PATRIS · OPT · AMANTISS ·

INOPINAM · IACTVRAM · ILLACRIMANTES · POS ·

CLXXXIIII.

QVIESCVNT · CINERES
ALOISI · CENNI · SAC ·
ORATORIS · DISERTI · POETAE · PERELEGANTIS
CARMINIB · SCRIBEND · PLVRIMAM · LAVDEM · ADEPTI
VIRI · INGENI · CELERRIMI
IMPIGRI · AD · STVDIA · DISCIPLINARVM · OMNIVM
AD · INFORMANDOS · PRAECLARIS · ARTIBVS · ADOLESCENTES
APPRIME · NATI
QVI · RHETORICAM · DOCVIT
LATINAE · ITALICAEQVE · LINGVAE · ELEGANTIAS
CALLVIT · QVAM · QVI · MAXIME
POSTQVE · INITVM · SACERDOTIVM
CONCIONATOR · PER · ITALIAM · LAVDATISSIMVS · HABITVS · EST
VIXIT · AN · P · M · L
CONSILIO · ET · EXEMPLO · VTILIS · MVLTIS
SVOS · MIRA · PIETATE · DILIGENS · MVTVOQVE · DILECTVS
DECESS · XV · KAL · OCT · A · M · DCCC · XXXXI
AVE · DVLCIS · ANIMA
ET · ESTO · MEMOR · TVORVM
QVI · TVAE · BENEFICENTIAE · MEMORIAM
SERVANT · SERVABVNT · DVM · VIVENT

CLXXXV.

OSSA

CAIETANI · IOS · F · GASPARINI

ANNOR · XXXXVIIII

Θ · IIII · ID · MART · AN · MDCCCXXXXIIII

HEIC · BENE · QVIESCANT

CLXXXVI.

IOANNES · ALEXANDRI · F · CALANDRELLIVS

EX · GRATIA · BRACCHIA

PATERFAMILIAS · DILIGENTISSIMVS

QVI · PROBVS · FRVGI · BENEFICVS

AD · SENIVM · VSQVE · ANNOR · LXXXVII

VITAM · EGIT · RELIGIOSISSIME

HEIC · COMPOSITVS · EST · IN · PACE · ☧ · IIII · K · FEBR

AN · M · DCCC · XXXXIII

CAIETANVS · FILIVS · DOCT · I · V · TAB ·

MOERORIS · SVI · MONVM · POSVIT

CLXXXVII.

ALOISIO · ANT · F · NEGRONIO
IVVENI · STVDIOSISSIMO
IN · QVO · RELIGIO · PERPETVA
MORVM · SVAVITATE · AVCTA
IN · EXEMPLVM · ELVXIT
RAPTVS · INOPINATO
AMOREM · OMNIVM · ELICVIT · ET · LACRIMAS
ELATVS · EST · ANNVM · AGENS · XX
III · KAL · IVL · ANNO · M · DCCC · XXXXIIII
PATER
FILIO · PRIMIGENIO · VNANIMI · SVAVISSIMO

CLXXXVIII.

HEIC · ADQVIESCIT · LAVRENTIVS · PETRI · F · GVARINIVS
CON · ANGELAE · VEGETTIAE
NEGOTIATOR
QVEM · DOMESTICORVM · CVRA · AC · DILIGENTIA
VTILEM · INDVSTRIVM · FECIT
VIXIT · A · LII · M · II · D · III
IN · CONIVGIS · DESIDERIO
SANCTE · QVIEVIT · K · AVG · AN · MDCCCXXXI
AVE · VXOREMQ · TVAM · RESPICE · MOERORI · RELICTAM

CLXXXVIIII.

MONVMENTVM
DOMINICI · ANT · F · LOLLI
HIC · DEVM · IMMOBILI · FIDE · COLVIT
PAVPERES · OMNI · OPE · SOLATVS · EST
MIGRAVIT · AD · SVP · V · K · AVG · A · MDCCCXXXX
FLORENTIS · AETATIS · XXXXI
FILII · EXVVIAS · PATRIS · OPT · B · M ·
LACRIMIS · TITVLOQVE · HONESTARVNT

CLXXXX.

☧ EXVVIAE · HEIC · SITAE · SVNT ☧
IOSEPHI · BARTHOLOMAEI · F · DOCCI · SAC ·
QVOVIVS · DIVTVRNAM · VITAM
PIETAS · IN · DEVM
COMITAS · IN · OMNES
BENEFICENTIA · IN · EGENOS · PERPETVO · EXORNARVNT
VIXIT · A · LXXXVIIII
DEC · LVCTVS · PVBLICVS · VI · K · FEBR · A · MDCCCXXXXIII
PIE · IESV · REDEMPTOR
ANIMAE · DESIDERATISSIMAE
AEVI · SEMPITERNI · BEATITATEM · PROPERATAM
DIVINITVS · IMPARTITOR

CLXXXXI.

FRANCISCO · GVERMANIO

DVCTORI · TVRMARVM · IN · EXERCITV · ITALICO

SVBCENTVRIONI · MILITVM · VETERAN · PONT · MAX ·

VIRO · STRENVO · INTEGRO · REI · MILITARIS · PERITISSIMO

CVIVS · VIRTVTEM · IN · MAXIMIS · PRAELIIS

LEGIONES · REGIS · GALLIAR · SVSPEXERVNT

LATRONES · AD · PHRVSINONEM · FVSI · FVGATI

IN · DEDITIONEM · ACCEPTI · EXPERTI · SVNT

VIXIT · ANNOS · P · M · LVII

PLVRIBVS · HONORIS · INSIGNIBVS · A · PONTT · MAXX · EXORNATVS

DEC · NON · NOV · A · MDCCCXXXVIIII

MAGDALENA · PEDRINIA · VXOR

BENEMERENTI

CLXXXXII.

REQVIETI

IOANNIS · FIDELIS · F · RIVAE

CON · ANTONIAE · VECCHIAE

QVACVM · VIXIT · AN · XX · SINE · QVERELA

PIVS · SOLERS · IN · EXEMPLVM · EGIT · AN · LI

MORBVM · AN · X · INCREDIBILI · VIRTVTE · PERPESSVS

IN · CONIVGIS · ET · LIBERORVM · COMPLEXV

SANCTE · DECESS · PR · KAL · FEBR ·

AN · M · DCCC · XXXXIIII

VXOR · ET · FILII · III

ILLACRIMANTES · FECERVNT

VIRO · BENE · DE · SVIS · OMNIBVS · MERITO

CLXXXXIII.

VINCENTIO · BERNARDI · F · BERNARDIO

MATHEMATICO

SVMMO · PRAEPOSITO · VIIS · NEMORIBVSQVE · TVENDIS

PER · PROVINC · N

HYDRAVLICO · CVRATORVM · AQVIS · RHENANIS

IN · CIVITATE · DANDIS · ADTRIBVENDIS

VIRO · PROBISSIMO

QVI · INTEGRITATIS · INREPREHENSAE · LAVDEM · TVLIT

VIXIT · A · XXXXVIII · M · IIII · D · X

REPENTINO · PROPE · MORBO · CORREPTVS

VIM · MORBI · SENSIT · INVICTVS

DIEMQVE · SVVM · IN · PACE · ☧ · OBIVIT · VIII · EID · APRIL ·

A · MDCCCXXXXIIII

BERNARDI · FRATRR · IOAN · PRAEF · I · D · ET · IVL · DOCT · MED·

FECERVNT · FRATRI · DVLCISS · CONCORDISS ·

QVEM · PIETAS · ABSTINENTIA · RELLIGIO

PERPETVO · EXORNARVNT

CLXXXXIIII.

A ☧ Ω

QVIETI · ET · MEMORIAE

VINCENTI · PAMPOLINI · SAC ·

VIRI · ANTIQVAE · INTEGRITATIS

RELIGIONE · COMITATE · MANSVETVDINE

AMOREM · OMNIVM · MERITI

QVI · NITOREM · AEDIVM · SACRARVM · ADCVRAVIT

VIRTVTES · OMNES · PIETATEMQVE · IN · PRIMIS

AD · MORTEM · VSQVE · EXCOLVIT

VIXIT · ANNOS · P · M · LXVIII

EXITV · SANCTISSIMO · EMIGRAVIT · PRID · NON · MAIAS

A · MDCCCXXXVIII

ALOISIVS · PAMPOLINIVS

FRATRI · CARISS · CONCORDISS ·

MONVMENTVM · FACIVNDVM · CVRAVIT

AVE · ET · VALE · MEIQVE · MEMOR · ESTO

CLXXXXV.

HEIC · IN · ☧ · QVIESCIT
IOSEPHVS · PREDIERIVS
DOCT · IVRIS · SACR · ET · CIVILIS · ADVOC · PLEBIS · TAB ·
AB · ACT · IVDICVM · STLIT · ADPELLATIONE · INTERP · DIRIMEND ·
PER · ANNOS · XXVII
QVEM · MVNERIB · OMNIB · NAVITER · SANCTEQVE · DEFVNCTVM
OPTIMVS · QVISQVE · COMMENDAVIT
RELIGIONE · PIETATE · COPIA · DOCTRINAE
ADFECTV · IN · SVOS · COMMEMORABILIS
MORTE · INTERCEPTVS · EST · IIII · K · AVG · A · MDCCCXXXXII
AGENS · AN · LXIII
PAVLLVS · ET · HENRICVS
PATR · OPT · B · M · NVNQVAM · IMMEMORES · FVTVRI · P · C

CLXXXXVI.

HIC · RITE · COMPOSITVS

CAROLVS · BRVERA

VIR · RARISSIMI · EXEMPLI

CVIVS · EXIMIA · IN · PVB · MVNERIBVS · OBEVNDIS · INTEGRITAS

IMMOBILI · IN · AMICOS · FIDE · EFFVSAQVE

IN · CALAMITOSOS · BENEFICENTIA · CVMVLATA · EST

IDEM · HISTRIONIAM · AD · OBLECTAMENTVM

MIRIFICE · FECIT · ET · DOCVIT

ARTEM · NOVAM · LINTEIS · BENIGNISS · INVENTO · DEPINGENDIS

AB · EXTERIS · IN · PATRIAM · INVEXIT

VIXIT · ANNOS · P · M · LXXI

MORBVM · SAEVISSIMVM · PERPESSVS

DECESSIT · ANIMO · INVICTO · ET · PIO

XI · KAL · APRIL · AN · MDCCCXXXX

CAMILLVS · QVERZOLIVS · HERES · EX · ASSE · P ·

AVE · ANIMA · PIENTISSIMA · DE · ME · PRAECLARE · MERITA

TE · IN · PACE

CLXXXXVII.

IACET · HEIC

ANTONIVS · LORENZINIVS · ANNOR · LXVII

VIR · INTEGERRIMVS · RELIGIOSISS ·

HYACINTHA · MINARDIA · VX ·

CVM · ANNA · FILIA · VNICA · SVPERSTITE

CONDIDERVNT · MARITVM · ET · PATREM

VITA · FVNCT · III · K · MART · A · MDCCCXXXXI

CLXXXXVIII.

☧

A MEMORIAE · DVLCISSIMAE Ω

PETRI · MARCHESINI

ADLECTI · INTER · STVDIOSOS · HARMONICES

LYCEI · BONONIENSIS

ADOLESCENTIS · OPTIMI · ET · PROMPTISSIMI · INGENI

QVI · MAGNA · SPE · DE · SE · EXCITATA

INGENTI · SVORVM · MOERORE · DESIDERATVS · EST

VI · ID · OCT · A · MDCCCXXXX · NATVS · AN · XVI

CLXXXXVIIII.

PAVLLO · KAROLI · F · TORRIO
PHONASCO · BASILICAE · PETRONIANAE
PER · ANNOS · LXVII
ADLECTO · INTER · SODAL · PHILARMONIC ·
SACERDOTI · IN · EXEMPLVM · INTEGRO
DISCIPLINAE · VETERIS · RETINENTISSIMO
QVI · SVBSTANTIAM · SVAM · OMNEM
SACERDOTIO · CONSTITVENDO
LEGATISQ · EXPLETIS · EXTINCTIS
FVNERE · ANNIVERSAR · IN · PERP · INSTAVRAND · RELIQVIT
VIXIT · AD · AN · LXXXXI
COMITATE · ET · LEPORE
VEL · IN · IPSO · SENIO · OMNIBVS · PERACCEPTVS
PROPERANTEM · AD · SE · MORTEM · SVI · COMPOS · EXCIPIENS
PLACIDO · EXITV · EMIGR · XII · K · DEC · A · MDCCCXXXXIIII
CONLEG · CANONICOR · BASILIC · PETRONIAN ·
H · EX · TEST ·
HONESTIORI · QVAM · IPSE · PRAECEPERAT · LOCO
AD · QVIETEM · COMPARATO
SENI · PIENTISS · B · M ·
HONORIS · GRATIQ · ANIMI · ERGO · POS ·

CC.

NORBERTVS · ROMAGNOLIVS

SVAVISSIMVS · ADOLESCENTIVM

QVOTQVOT · SVNT · QVOTQVOT · ERVNT

HEIC · DORMIT

VIXIT · AN · XVI · TANTVM

DA · LILIA · VIATOR

FLOSCVLO · IVVENCVLORVM · MORIGERO · INNOCENTISSIMO

QVEM · LYRICI · ORGANI · PERITIA

ET · MODOR · MVSICOR · SCIENTIA · ANNOS · PRAEVERTENTEM

STVDIOSA · HARMONICES · COHORS

PATRIAE · SIBIQVE · ABREPTVM · LVXIT

PR · NON · OCT · AN · MDCCCXXXXII

PROH · DIES · QVOT · SPES · ABSTVLISTI

EPITAPHIA FEMINARVM

CCL.

DEFLETO · CINERI · ET · MEMORIAE · SVAVISSIMAE
IVLIAE · ANTONI · MARCH · F · TANARIAE
EX · HELEONORA · BECCADELLIA · MARCH ·
FEMINAE · RARI · EXEMPLI
FORMA · INGENIO · DIGNITATE
AEQVALES · SVAS · SVPERGRESSAE
QVAM · NATAM · AN · XXII
INNOCENTIA · CASTIMONIA · FIDES
AD · CAELVM · EVEXERVNT · IIII · K · AVG · AN · MDCCCXXXXII
ALOISIVS · GVASTAVILLANIVS · MARCH ·
HEV · MARITVS · PARVI · TEMPORIS
DIMIDIO · ANIMAE · SVAE · POS ·
SOLATVRA · TVOS · MISERA · HAC · IN · VALLE · RELICTOS
PLORANTES · HEV · SINGVLTIBVS · ADSIDVIS
ALIGERIS · FELIX · CONSORS · SOCIATA · SVPERNIS
O · IN · SOMNIS · SALTEM · DVLCIS · IMAGO · VENI

CCI.

ANGELAE · PETRONI · F · RATTIAE

ANNOR · XXXIIII

QVAM · DIRAE · FEBRIS · VIS · SVSTVLIT

XV · K · IAN · AN · MDCCCXXXVIII

PAVLLVS · GIBELLINIVS

NOMINE · SVO

ET · VALERIAE · FILIOLAE · COLLACRIMANTIS

POS · VXORI · FIDELISSIMAE

INGENIOSAE · SVPRA · SEXVM

QVAE · LITTERIS · ERVDITA · FVIT

MVSICEN · LYRICAM · APPRIME · CALLVIT

SERICOS · FLORES · AD · NATVRAE · SPECIEM · EFFICTOS

CONCINNAVIT

OMNIGENIQVE · OPERIS · MVLIEBRIS · PRAESTANTIA

EXCELLVIT

CCIII.

AVE · AMOR · NOSTER · AVE

VIRGINIAE · FOSCHINIAE · ANNOR · XXI
PHTHISI · ABSVMPTAE · XIII · K · SEPT · A · MDCCCXXXXIIII
LEONARDVS · FOSCHINIVS
ET · GELTRVDA · LAGHIA · PARENTES
FECIMVS · FILIAE
DE · QVA · NIHIL · NISI · MORBVM · ET · MORTEM
DOLVIMVS

CCIIII.

QVI · PRAETERGREDERIS · NOSCE · CARVM · NOMEN
H · S · E · ANNA · LOLLIA
VXOR · MEA · PIISSIMA · DVLCISSIMA
FORMA · ET · MORIBVS · COMMENDATA
QVAM · VIVAM · IMPENSISSIME · DILEXI
DEMORTVAM · PERPETVO · DESIDERIO · PROSEQVAR
VIXIT · AN · XXX · MECVM · III · TANTVM
DEC · DIE · NATALI · D · N · IESV · A · MDCCCXXXX
ALFONSVS · MIGOLIVS · HEV · SVPERSTES · FECI

CCV.

VIVE · GELTRVDA · IN · DEO

H · S · E · GELTRVDA · IOS · F · PALLOTTIA

VIRGO · MORVM · SVAVISSIMORVM

VITAE · INNOCENTISSIMAE

DILIGENTISSIMA · RERVM · DOMESTICARVM

QVAE · PIA · IN · DEVM · VIXIT · ANNOS · XXXII

SACRIS · OMNIBVS

RELIGIOSISS · IN · EXEMPLVM · SVSCEPTIS

LIBENS · EMIGRAVIT · V · K · SEPT · A · MDCCCXXXXI

IOSEPHVS · PALLOTTIVS

CVM · FRANCISCA · TIRELLIA · PARENTES

FECERVNT · FILIAE · CVIVS · IMMATVRAM · MORTEM

QVOD · VITA · MANSERIT · LVGEBVNT

CCVI.

CONDITA · IN · PACE
MARIA · ANT · F · LAMBERTINIA
QVAE · VITAM · IN · EXEMPLVM · ACTAM
PERPETVA · ERGA · DEVM · RELIGIONE
OMNIBVS · PROBAVIT
N · A · L · DECESS · INTRA · PAVCAS · HORAS
VII · K · SEPT · A · MDCCCXXXXIII
RELICTIS · FILIIS · TRIBVS
ET · SORORIBVS · TOTIDEM

CCVII.

OSSIBVS · ET · CINERI
ANNAE · IOS · F · BENASSIAE
FEMINAE · PIAE · FRVGI · SOLLERTI
QVAE · MATERNIS · OFFICIIS · EGREGIE · PERFVNCTA
AN · NATA · LXXII
MIGRAVIT · AD · SVP · III · K · APR · A · MDCCCXXXXII
ALOISIVS · PEZZOLIVS · MARITVS
CVM · RAPHAELE · ET · MARIANNA · FIL ·
MERENTI

CCVIII.

COMPOSITA · HEIC · IN · PACE · ☧

ANTONIA · ROVERETIA

QVAE · VIRGINEM · MARIAM

AB · ORIGINE · IMMACVLATAM · ENIXE · COLVIT

EGIT · AN · XXXX

INNVPTA · OBIIT · PR · K · FEBR · A · MDCCCXXXVIIII

MARCVS · FRATER · INSOLABILIS · POS ·

PROH · VIRGO · PARENS

FAMVLAM · TVI · STVDIOSISSIMAM

QVAE · TE · AGENS · ANIMAM · DVLCISSIMO · MATRIS · NOMINE

VSQVE · ET · VSQVE · VOCABAT

NEV · A · TE · SEIVNCTAM · VEL · HORAE · MOMENTO · PATIARE

CCVIIII.

VINCENTIAE · GARAGNANIAE
IMMATVRA · MORTE · INTERCEPTAE · AET · AN · XXX
XV · K · MART · A · MDCCCXXXVI
DOMINICVS · GARAGNANIVS · ET · ROSA · VERNIZZIA
PARENTES
AMISSIONE · FILIAE
PIAE · AEQVANIMAE · OBSEQVENTIS
INFELICISSIMI

CCX.

CINERIBVS · MEMORIAE · PIETATI
LIVIAE · ANGELI · Θ · F · MORINIAE
QVAM · PIAM · MORIGERAM · OBSEQVENTEM
OMNIGENAEQ · VIRTVTI · DEDITAM
ALOISIAE · MANCINIAE
MATRI · INFELICISSIMAE · NIHIL · TALE · VERITAE
IMMITIS · MORS · RAPVIT
IDIB · IAN · A · MDCCCXXXX
CVM · ESSET · ANNOR · XVIIII

CCXI.

LOVELLI · FRATRE · ANGELVS · ANTONIVS · ET · FIDELIS

OSSA · HEIC · COLLACRIMANTES · CONDIDIMVS

ELISABETHAE · NEGRIAE

FEMINAE · HONESTISSIMAE

QVAE · VINCENTIO · LOVELLIO · CONIVGE · AMISSO ·

NOBIS · EDVCANDIS · DEQVE · SVO · ALENDIS · VNICE · VACAVIT

VIXIT · AN · LXI · M · III · D · I

ELATA · EST · III · ID · IAN · A · MDCCCXXXXIIII

O · QVAE · VTI · SPES · EST · AEVO · BEATO · FRVERIS

FILIOS · TVOS · QVOS · VIVENS · TANTO · AMORE · PROSEQVVTA · ES

VEL · ISTHINC · EXORATA · OPE · TVERE

CCXII.

ALOISIAE · STANZANIAE · ANNOR · XVIII
PVELLAE · INGENIOSAE · OBSEQVENTI
CVI · MONITA · PARENTVM · POTIORA · QVAM · NVPTIAE · FVERVNT
MORTE · INTERCEPTA · DECESS · V · KAL · SEPT · A · MDCCCXXXXI
MARCVS · PATER · MOERENS · F · FILIAE
QVA · MELIOR · FINGI · NE · VOTO · QVIDEM · POTVIT

CCXIII.

CINERIBVS · REVICTVRIS
EVGENIAE · VINC · F · ROSSIAE
VIRGINI · VOLVNTARIAE · ANNOR · XXXV
QVAM · RELIGIO · INTEGRITAS · MODESTIA
COMMENDARVNT
DEFLETA · SVIS · OMNIB · INTERIIT · K · SEPT ·
A · MDCCCXXXXIIII
ANGELVS · FRATER · F · SORORI
CVIVS · MAXIMA · IN · SE · BENEFICIA
GRATA · RECORDATIONE · PROSEQVITVR

CCXIIII.

CINERIBVS · ET · NOMINI

MARIAE · EX · DVCIB · VENET · VENDRAMIN

CON · Θ · FRANCISCI · RICCI · MARCH ·

LECTISSIMAE · MATRONARVM

QVAM · DIVTVRNA · MORBI · VIS

INVICTO · ANIMO · TOLERATA

AD · CAELESTIS · PRAEMII · SPEM · ERVDIVIT

VIXIT · A · LXVII

APTA · CAELO · DECESSIT · K · IVL · A · MDCCCXXXXII

RICCII · FRATRES · AMYCVS · DOMINICVS · ET · IACOBVS

MATRI · OPT · INCOMPARABILI

DE · VIRTVTIBVS · EIVS · TESTAMENTO · SILERE · IVSSI

PRO · MAIORI · TITVLO · LACRIMAS · DEDERVNT

FORTIS · QVOD · MVLIER · PRVDENSQVE · ID · LEGE · SILENDVM

NOSTRI · EHEV · QVOD · AMOR · LINGVA · SILERE · NEQVIT

CCXV.

CATHARINA · RECHIERIA

HEIC · SITA · SVM

DECESSI · III · K · IAN · A · MDCCCXXXIII

O · BONE · PACEM · MIHI · SVPERVM · ADPRECARE

IN · AETERNAM · BEATITATEM · RECEPTA

VICEM · BONI · REPENDAM

CCXVI.

☧ ANNA · VIGNALIA ☧

DOMO · CASTRO · PETRIANO · IN · TERRIT · N ·

H · S · E

PIA · DOMISEDA · SOLLERS · VIXIT · A · LXI

DECESS · INNVPTA · X · K · FEB · AN · MDCCCXXXXIII

SORORIS · FILII · QVI · ET · HEREDES

FEC · BENEMERENTI

QVAM · AMORE · ET · REVERENTIA · VIVENTEM · PROSEQVVTI

AMISSAM · INGENTI · LVCTV · REQVIRVNT

CCXVII.

PETRVS · MONARIVS
ANNAE · GIVSTIAE
VXORI · SVAE
P · B · M ·
VIX · A · L · Θ · K · IVN ·
A · M · DCCC · XXXX ·

CCXVIII.

☧
KAROLOTTAE · AEGIDII · F · MONTEBVGNOLAE
CON · VID · IOAN · BAPT · TATTINI
MATRONAE · VETERIS · PIETATIS
QVAE · CVRA · LIBERORVM · ET · DOMVS · VNIVERSAE
CONSILIO · ITEM · AC · PRVDENTIA · INSIGNIS
SVAS · INTER · AEQVALES · PRAESTITIT
VIXIT · A · XXXXII · M · II · D · XVI
EMIGRAVIT · VI · KAL · OCT · A · MDCCCXXXXI · IN · PACE
ANGELVS · TATTINIVS · FIL · VNICVS · SVPERSTES
MATRI · B · M · CVM · LACRIMIS

CCXVIIII.

OSSA · HEIC · BENE · QVIESCANT · TVA
HELENA · PIRAZZOLIA
FEMINA · IN · EXEMPLVM
PRVDENS · CASTA · MISERICORS
QVAE · MECVM · DVLCITER · VIXISTI · SINE · QVERELA
MIHIQVE · AD · LACRIMAS · RELICTO
E · CAELO · OPITVLARE
IVLIVS · SANVTIVS · FECI · VXSORI
NATAE · A · XXX · Θ · K · FEB · A · MDCCCXXXX

CCXX.

PACI · PERPETVAE · ET · PIAE · MEMORIAE
DOMINICAE · RAINERI · F · GIROTTIAE
CON · IOSEPHI · CACCIARI
FEMINAE · LECTISSIMAE
QVAE · MATERNAE · CARITATIS · EXEMPLAR · FVIT
NATA · A · LXII · DEC · XVIIII · KAL · FEB · A · MDCCCXXXXI
CAESARE · KAROLO · CLAVDIO · CLEMENTE · FILIIS
CLEMENTINA · KAROLOTTA · CLOTILDA · CLAVDIA · FILIAB ·
MATREM · OPT · SVAVISS ·
MOERORE · LONGO
AD · TVMVLVM · PROSEQVENTIBVS

CCXXI.

REQVIETI

NICOLAIDIS · IVLII · F · NEGRIAE

QVAM · IOANNES · MAZZA · MARITVS · INFELIX

CONCORDISSIMAM · HABVIT · ANNOS · IIII

ABREPTAM · COLLACRIMAVIT · IDIB · OCT ·

AN · MDCCCXXXVIII

CCXXII.

ANNVNZIATAE · IOAN · F · VIGNOLIAE

QVAE · DEDITAM · VIRTVTIBVS · VITAM

EGIT · ANNOS · LIIII

DEF · XVII · K · IAN · A · MDCCCXXXX

EXVVIAS · MATRIS · CARISSIMAE

CONDIDIMVS · FILII · EFFVSI · IN · LACRIMAS

CCXXIII.

EXVVIAE · HEIC · SITAE · SVNT

ANNVNZIATAE · DOROTHEAE · IOAN · DOMINIC · F · PALLOTTIAE

VXSORIS · IOSEPHI · ZVCCHINI

QVAE · A · VIRGINITATE · PIETATEM · SEQVVTA

EANDEM · NVPTA · ET · VIDVA · COLVIT

LIBEROS · AMAVIT · VNICE

MATERFAMILIAS · DILIGENTISSIMA · HABITA · EST

AD · CONSILIA · PRVDENS · COMIS · DOMISEDA · SOLLERS

PERPETVAMQVE · IN · EGENOS · LIBERALITATEM

CVM · REI · FAMILIARIS · CVRA · CONIVNGENS

VIXIT · A · LXVI · M · VII · D · XXI

DEC · VIIII · CAL · MAIAS · A · MDCCCXXXXII

ALOISIVS · ET · IOAN · KAR · ET · CAIET · ET · ALEXANDER · FILII

B · M · POSVERVNT

PACEM · AETERNAM · PRECATI · APVD · CAELESTES

CCXXIIII.

MEMORIAE · ET · REQVIETI · CINERVM
IVNIPERAE · FELICIS · F · BOSCHIAE
ANNOR · XXXXII
FEMINAE · PATIENTISSIMAE · AERVMNARVM
QVAE · AEGROTATIONEM · DIVTVRNAM
AEQVO · PIOQVE · ANIMO · PERPESSA
MIGRAVIT · IN · CAELVM
VIIII · K · SEPT · MDCCCXXXXII
ALOISIVS · CATTANIVS · MARITVS
CONTRA · VOTVM · SVPERSTES · F · C ·

CCXXV.

AVE · AVE · AETERNVM · DOMITILLA · DVLCISSIMA
FEMINA · SOLLERTIAE · SVMMAE
AERVMNARVM · IN · EXEMPLVM · MISERESCENS
QVAE · NATA · AN · XX · M · VII · D · IIII
DECESSISTI · IN · PACE · VI · K · MARTIAS · A · MDCCCXXXXIIII
LAVRENTIVS · ROSSIVS · PATER
INSOLABILI · MOERORE · CONFECTVS
TVAS · HEIC · EXVVIAS · CONDIDI

CCXXVI.

MATHILDE · FRANC · V · C · F · ZANETTIA

EX · VICTORIA · MERENDONIA · C · F ·

SOROR · INNOCENTII · ZANETTI · CAN · TEMPL · METR ·

SVMM · PRAEF · ADMISSIS · POENITENTIVM · EXPIAND·

HEIC · ADQVIESCIT

IOAN · BAPT · CASOLARIVS · FILIVS

MATERNI · ADFECTVS · MEMOR

F · C · L · MATRI · OPT · B · M ·

QVAM · DEFLEVIT · ABREPTAM

X · K · IAN · A · MDCCCXXXVIIII

AET · AN · LXVIII · M · VII · D · VIII

TE · ☧ · IN · PACE

QVEM · VIVENS · CARITATE · PERPETVA · DILEXISTI

CCXXVII.

COMPOSITA · IN · ☧

CLEMENTINA · BETTIA

MATER · AMANS · ET · APPRIME · SOLLERS

IN · RE · FAMILIARI · ADCVRANDA

IMPAR · NEMINI

QVAE · INSIGNIA · PIETATIS

DEQVE · OMNIBVS · BENEMERENDI · STVDII

EXEMPLA · EDIDIT

AET · AN · XXXX · ABIIT · AD · SVP · VIIII · K · SEPT ·

AN · MDCCCXXXX

MATTHAEVS · RABBIVS · MARITVS

F · CAELESTIA · PRECATVS

CCXXVIII.

MEMORIAE · ET · NOMINI

IOAN · ANNAE · PHIL · EQ · F · BERTOLINIAE

EX · ANGELICA · CATALDIA · COM ·

DOMO · PORTV · LIGVRNO

VXS · PHIL · LAVRENTI · BENTIVOLI · COM ·

LECTISSIMAE · FEMINAE · ALTRICIS · PERPETVAE · EGENORVM

RELIGIONE · COMITATE · MAGNITVDINE · ANIMI

INSIGNIVM · MATRONARVM · LAVDES · SVPERGRESSAE

VIXIT · A · LXII · IN · CONNVBIO · XXXII

DECESSIT · VINDOBONAE · IIII · K · MART · A · MDCCCXXVII

MARITVS · ET · LIBERI

VXSORIS · ET · MATRIS · HEV · PEREGRE · DEFVNCTAE

PRAECORDIA · HEIC · CONDIDERE

MNEMOSYNON · ANIMAE · DVLCISSIMAE · BENE · MERENTIS

CCXXVIIII.

LVCIAE · RIGHIAE
Θ · VIIII · K · IAN · AN · MDCCCXXXXII
ANNA · LONGHIA
CONTVBERNALI · PER · AN · L · SINE · IVRGIO
PLVS · TIBI · O · BONA · DEDISSEM
SI · MAIOR · PATRIMONII · MEI · FACVLTAS · FVISSET

CCXXX.

AVE · ANIMA · MERENTISSIMA · ET · IN · ☧ · GAVDEAS
HEIC · IN · PACE · QVIESCVNT · CINERES
VICTORIAE · HANNIBALIS · F · DVRATTIAE
FEMINAE · LECTISSIMAE
INGENIVM · EXCELLENS · PIETATE · ANTEGRESSAE
QVAM · NATAM · AN · XXXXI
CAELESTES · APVD · SE · ACCERSIVERE · X · K · IAN · A · MDCCCXXXXX
IACOBVS · LELLIVS
CVM · FILIIS · TRIBVS · TENELLIS
VXORI · VNANIMAE · PIETATIS · CAVSSA

CCXXXI.

AVE · FILIA · AVE · SOROR · DVLCISSIMA · ET · VALE

H · S · E · ADELAIS · CALANDRELLIA

VIRGO · RARI · EXEMPLI

QVAM · INNOCENTIA · ET · MODESTIA

SOCIAE · AB · ORTV · VIRTVTES

AD · TVMVLVM · VSQVE · SEQVVTAE · SVNT

NATA · AN · XXXI · M · II · D · XXIIII

PARENTES · FRATREMQ · AMANTISS ·

AD · LACRIMAS · RELIQVIT

IDIBVS · AVG · AN · MDCCCXXXX

ADELAIS · ADELAIS

NOBIS · VBI · VIVIS

PROXIMVM · TIBI · ADPARA · NAM · POTES · LOCVM

CCXXXII.

A CORPVS Ω

HEIC · IN · PACE · ☧ · COMPOSITVM

MARIAE · COSTAE · CON · PETRI · NOBILI

MATRIS · FAMILIAS · FRVGI · SOLLERTIS

SINGVLARIS · IN · FILIOS · CARITATIS

INTRA · PAVCAS · HORAS · ABREPTAE

OBIIT · PRID · NON · NOV · A · MDCCCXXXXIII

CVM · PIA · INTEGRA · EGISSET · A · LXXI

HAVE · MATER · HAVE

AMORIS · TVI · MEMORES

GAVDIA · TIBI · CAELESTIVM

IOAN · BAPT · ET · VBALDVS · FILII

MOESTISSIMI · ADPRECAMVR

CCXXXIII.

MAGDALENA · GASPERINIA · ANNOR · XXIIII

HEIC · IN · ☧ · COMPOSITA · EST

PIETATE · INNOCENTIA · RELIGIONE · MATVRA · CAELO

DIEM · SVVM · LAETA · OBIVIT · NON · IVL · A · MDCCCXXXVII

MAGDALENA · TE · IN · PACE

CCXXXIIII.

BENE · QVIESCAS · CLOTILDA

HEIC · DORMIT · IN · PACE

CLOTILDA · TIBALDIA

VIRGO · ANNOR · XIIII · M · VIIII · D · XXIII

PRIDEM · SOLATIVM · ET · DELICIVM

NVNC · LVCTVS · FRANCISCI · TIBALDI

PATRIS · INFELICISSIMI

QVI · EAM · MORIGERAM · SEDVLAM · PIAM

LITTERIS · APPRIME · DEDITAM

ABREPTAM · LVXIT · XV · K · AVG · A · MDCCCXXXX

CCXXXV.

CINERES · HEIC · HONORATE · SVPERSTITES
THERESIAE · FRANCESCHINIAE
QVAE · STVDIO · PERFECTAE · VIRTVTIS
INCENSA · COLL · SOROR · CARMELITAR ·
TERTIANAR · NOMEN · DEDIT · ANIMOQ ·
A · CVPIDITAT · INVICTO · IN ·
SACRAMENT · AVG · ET · SANCTAM
DEI · PARENTEM · EXARDESCENS
EXEMPLA · VETERIS · SANCTITATIS
RENOVAVIT · DEO · VNICE · CONFISA
INQ · RER · CAELESTIVM · CONTEMPLATIONE
TOTA · MENTE · DEFIXA · VIXIT
A · LXXII · SANCTISS · EMIGR ·
KAL · APRIL · A · M · DCCC · XXX

CCXXXVI.

THERESIAE · RONCHIAE

DOMO · PAVLLO · IN · AGRO · MVTINENSI

ANGELVS · ASTOLFIVS · ADV ·

FEMINAE · DOMISEDAE · PIENTI

SINGVLARIS · IN · EGENOS · CARITATIS

QVAM · IN · DOMO · SVA · REGENDA

REQVE · FAMILIARI · ADCVRANDA · APPRIME · SOLLERTEM

HABVIT · A · XII

GRATI · ANIMI · ERGO · MON · F · C ·

VIXIT · A · XXXVI · M · II · D · XXV ·

PHTHISI · ABSVMPTA · DEC · K · IVL · A · MDCCCXXXXII

O · ANIMA · PIENTISSIMA · DE · ME · PRAECLARE · MERITA

TE · ☧ · IN · PACE

CCXXXVII.

CINERIBVS · ET · PIETATI
THERESIAE · GNOLIAE
FEMINAE · A · RELIGIONE · LAVDATISSIMAE
QVAM · NATAM · A · XXXVIIII
MORS · ABSTVLIT · XVI · K · IAN · A · MDCCCXXXVIII

CCXXXVIII.

MARGARITAE · CVPPINIAE
ANNOR · LVII
FECERVNT
CVM · LACRIMIS
IOSEPHVS · BRVNELLIVS
CVM · KAROLO · FILIO
VXORI · ET · MATRI
QVAE · SVOS · OMNES
IN · MOERORIBVS · LIQVIT · III · K · IVN ·
A · MDCCCXXXX

CCXXXVIIII.

☧

AVE · AVE · ADELAIS · CARISSIMA · ET · VALE

H · S · E ·

ADELAIS · MATTHAEI · F · BIONDIA

VIRGO · RARI · EXEMPLI

QVAE · APTA · AD · ARTES · MVLIEBRES · EXQVISITIORES

LITTERIS · EXCVLTA · ET · LINGVIS · ERVDITA

EDVCATRIX · SOLLERTISSIMA · PVELLARVM

EXTITIT

SVBITO · MORBO · CORREPTA

DECESS · XVIII · K · DEC · A · MDCCCXXXIIII

ANNA · MAZZONIA

MATER · OMNIVM · INFELICISSIMA

POSVIT · FILIAE · OBSEQVENTISSIMAE

DE · QVA · NIHIL · VNQVAM · DOLVIT

NISI · QVVM · DECESSIT

CCXXXX.

PEREGRINAE · TVRRATTIAE
QVAE · VXORIS · MATRISQ · OFFICIIS · EGREGIE · FVNCTA
DESIDERATA · EST · PRID · ID · FEB · A · MDCCCXXXXI
MARCVS · CORTIVATIVS · POSVI · MARITVS · INFELIX

CCXXXXI.

HEIC · ACERBO · FVNERE · TRISTIS
KAROLVS · LENTIVS · DOCT · I · V · CVM · FILIIS · QVATVOR
THERESIAM · BONETTIAM
VXOREM · DVLCISSIMAM · ET · MATREM · INCOMPARABILEM
COMPOSVIT
QVAE · VITAM · RELIGIOSISSIME · ACTAM
SANCTO · PROBAVIT · EXITV · VII · K · IAN · A · MDCCCXXXVII
O · BONA · RESPICE · MARITVM · RESPICE · NATOS
QVOS · IN · LACRIMIS · RELIQVISTI · DECESSV · TVO

CCXXXXII.

IACET · IN · PACE

ANGELA · PIZZOLIA

QVAE · VIVENS · MORIENSQVE

OMNIGENA · VIRTVTE · INCLARVIT

NATA · AN · $\overline{XX}$ · AMISSA · EST · K · AVG ·

AN · $\overline{MDCCCXXXXI}$

POSVIT · ANNA · SARTIA · MATER

MOERORE · HEV · TOTIES · GEMINATO

AVE · FILIOLA · IN · PACE

ET · AMORE · QVO · VIVENS · COMPLEXA · ES · TVOS

RECOLE · APVD · CAELESTES

QVAE · NAVAT · FRATERCVLIS · TVIS · $\overline{III}$

MATER · INFELICISSIMA · ORBA · MARITO

CCXXXXIII.

☧ · FRANCISCAE · ANGELAE · ANT · F · VARANIAE
EX · ANTONIA · PALAZZIA
QVAE · DOMVM · CVRAVIT
FILIOS · DILEXIT · IMPENSE
VIXIT · A · LXXII · M · IIII · D · II
DOLOR · ET · LVCTVS · ANGELI · BEVILACQVAE · MARITI
DECESSIT · VIII · K · DEC · A · MDCCCXXXXII

CCXXXXIIII.

HEIC · COMPOSITA · EST · IN · PACE
CAECILIA · FABRIA
FEMINA · PIA · RELIGIOSISSIMA
QVAM · DIVTVRNA · AEGROTATIO
CAELO · APTAM · EFFECIT
VIXIT · AN · LXVII · M · VII · D · XXI
ABIIT · AD · CAELESTES · IDIB · IVL · A · MDCCCXXXXIII
MARIA · FABRIA · SOROR
ILLACRIMANS · FECIT · ANIMAE · PIENTISSIMAE

CCXXXXV.

VIVE · HERNESTA · IN · DEO

HIC · SITA · EST · HERNESTA · IOS · F ·

CALZOLARIA

CVIVS · PIETAS · ET · MISERICORDIA · IN · EGENOS

EMINVERE

DIVTINVM · MORBVM · INVICTO · ANIMO · PERPESSA

AD · CAELESTES · LAETA · LIBENS · ADVOLAVIT

XV · K · OCT · A · MDCCCXXXXII

QVVM · VIXISSET · ANNOS · XXXXI

FECERVNT · IVLIVS · MARCHIVS · MARITVS

ANGELA · MARIA · VERONICA · SORORES

CCXXXXVI.

O · H · S · S ·

EVGENIAE · VALLAE

CON · ALOIS · RIVELLI

CVI · PERPETVVS · IN · MARITVM · ADFECTVS

ET · KARAE · PROLIS · STVDIVM

BONORVM · LAVDES · COMPARARVNT

VIXIT · AN · XXXXIIII

SACRO · EPVLO · ET CHRISMATE · DECEDENTIVM

PRECIBVSQVE · SALVTARIBVS · RECREATA

CAELESTEM · IN · PATRIAM · MIGRAVIT · K · FEB · A · MDCCCXXXXIII

ANGEL · FIL · ANNOR · X · CVM · EVGEN · FRATR · ANNOR · XII

PER · CVRAT · FIERI · C ·

VALE · AETERNVM · PARENS · AMANTISSIMA

TE · TVVS · AMOR · TVA · CVRA · FILIOLI

PERPETVO · PROSEQVEMVR · DESIDERIO

CCXXXXVII.

HAVE · HAVE · DIOMIRA
AVE · ANIMA · CARISSIMA
HEV · TE · NATAM · ANNOS · VIX · QVINDECIM
SAEVA · MORS · INTERCEPIT
PRID · KAL · IVN · A · MDCCCXXXX
ANTONIVS · LAGHIVS
PATRVM · MISERRIMVS
FECI · FILIAE · MIHI · PRAE · OCVLIS · DILECTAE

CCXXXXVIII.

☧ THERESIAE · GORETTIAE ☧
PVELLAE · OBSEQVENTISSIMAE
QVAE · VALETVDINE · LABORANS
RIOLVM · AD · FOR · CORNEL · CONVALITVM · DEDVCTA
EX · INSPERATO · DEC · POSTRID · K · AVG · A · MDCCCXXXVIIII
ANGELVS · GORETTIVS · ET · ROSA · SALMIA · VXOR
PARENTES
ACERBISSIMVM · FVNVS · COLLACRIMANTES
EXTREMVM · PIETATIS · MONVMENTVM · P ·

CCXXXXVIIII.

CLAVDIAE · FERRIAE

FEMINAE · AEQVANIMAE

QVAM · PROLIS · CVRA

ET · STVDIVM · VIRTVTIS

ORNABANT

DIVTVRNI · MORBI · PATIENS · IN · EXEMPLVM

LVGENTI · FAMILIAE · SVAE

FAVSTA · OMNIA · FELICIA · A · DEO · PRECATA

INTERIIT · XV · K · SEPT · A · MDCCCXXXXII

AETATIS · SVAE · LVIII

CONDIDERVNT · PETRVS · RIGHIVS · MARITVS

ET · ANNA · SOROR · CONLACRIMANTES

CCL.

IN · PACE · ☧ · HEIC · EST · CONDITA

ANGELA · MASELLIA

QVAE · OPERI · IN · EXEMPLVM · VACAVIT

FILIOS · VIGILANTER · EDVXIT

ABIIT · IN · VIDVITATE · K · NOV · AN · MDCCCXXXXII

AETATIS · XXXXI · NONDVM · EMENSA

FORNASINI · FRATRR · LIVIVS · ET · RAPHAEL

MATRIS · OPT · AMISSIONEM · ACERBISSIMAM · DEFLENTES

TITVLVM · POS ·

CCLI.

CINERES · ET · OSSA

VICTORIAE · RAIMONDIAE

FEMINAE · OFFICIOSAE · DOMISEDAE

EXCESSIT · XVIII · K · NOV · A · MDCCCXXXXII

N · A · LXXVIII

KAR · ANT · FORNASINIVS · FIL · IN · AFRICA · DEGENS

MATERNARVM · VIRTVTVM · NVNQVAM · IMMEMOR

PER · CVRATORR · F · I ·

CCLII.

KARISSIMAE · MEMORIAE

VERONICAE · SANTOLIAE

ANNOR · XXX

FEMINAE · A · MISERICORDIA · LAVDATAE

QVAE · SOLATIVM · EGENO · NEGAVIT · NEMINI

PIETATE · INNOCENTIA · MATVRA · CAELO

LAETA · AD · SEDES · CAELESTIVM · EMIGRAVIT

V · K · OCT · A · MDCCCXXXVIIII

PAVLLVS · VERARDIVS

VX · FECI · QVAE · MECVM · DVLCITER · VIXIT · A · III

SINE · QVERELA

CCLIII.

DEFLETE · MECVM · QVI · LEGITIS
CAELESTINA · SEBASTIANI · F · PINELLIA
SOLATIVM · VIDVITATIS · MEAE
HEIC · SITA · EST
VIXIT · A · XXI
DEC · III · NON · DEC · A · MDCCCXXXXI
MARIANNA · BARALDIA
FECI · FILIAE
DE · QVA · NISI · MORTEM · DOLVI

CCLIIII.

CLAVDIAE · PHILIPPI · F · SERRAZANETTIAE
CAIETANI · VIOLAE · VXSORI
MATRI · FAMILIAS · DILIGENTISSIMAE
CVIVS · BENIGNITAS · EGENTIBVS · MVLTIS · SOLATIO
PIETAS · EXEMPLO · OMNIBVS · FVIT
DECESSIT · IIII · KAL · NOV · AN · MDCCCXXXX
ANNOS · NATA · LXV · M · VII · D · XI
MARITVS · ET · LIBERI
MONVMENTVM · ET · LACRIMAS · DANT

CCLV.

BENE · TIBI · SIT

MARIA · FRANC · F · SANDRINIA

CON · VID · IOSEPHI · TREBBI

MATERFAM · VETERIS · EXEMPLI

QVAE · DIVTVRNAM · VITAM

RELIGIONE · IN · DEVM · ADFECTV · IN · MARITVM

CVRA · IN · LIBEROS · COMITATE · IN · OMNES

COMMEMORABILI · IN · ADVERSIS · CONSTANTIA

INLVSTRASTI

VIXIT · AN · LXXXI

EXCESSIT · XVII · K · OCT · A · MDCCCXXXX

CCLVI.

☧ OSSA · HEIC · IACENT ☧

THERESIAE · ANT · F · BELLIAE

EX · MARIA · BIGNAMIA

PVELLAE · LENITATIS · SINGVLARIS · MORVM · INCORRVPTORVM

VIXIT · AN · XXIII · M · VIII · D · IIII.

MAGNO · SVORVM · MOERORE

ABREPTA · EST · K · FEB · A · MDCCCXXXXII

PARENTES

FILIAE · RARAE · VIRTVTIS

CCLVII.

AVE · AVE · FEMINA · PIISSIMA

MARIA · IOS · F · PARISINIA

QVAE · NATA · A · XXXXVIII

MVLTIS · FLEBILIS · LONGE · FLEBILIOR · MIHI · OCCIDISTI

III · ID · FEB · A · M · DCCC · XXXXII

IOANNES · CASOLANIVS · MARITVS

SEPVLCRO · TVO · TITVLVM · SVPERADDIDI

TESTEM · VIRTVTIS · TVAE · TESTEM · AMORIS · MEI

CCLVIII.

QVIESCIT · HEIC

ANNA · FERRIA

FEMINA · AMANTISSIMA · LITTERARVM

QVAE · DOCTA · GALLICVM · SERMONEM

ROMANAM · SIMVL · ET · PATRIAM · HISTORIAM

COGNITISSIMAM · HABVIT

PIA · COMIS · PVDICA

VITAM · CLVSIT · IN · PACE

XIII · K · SEPT · A · MDCCCXXXXII

ANNO · VITAE · SVAE · L · EXACTO

AVE · DESIDERATISSIMA · ET · ESTO · MEMOR · MARITI

QVI · TE · CVM · LACR · CONDIDIT

CCLVIIII.

PLACIDA · HEIC · PACE · COMPOSITA
LVCIA · ANGELI · F · TERTIA
QVAE · FILIOS · QVINQVE
AD · VIRTVTEM · ERVDIVIT · FORMAVIT · PERFECIT
EDVCTA · CAELO · VIXIT · A · XXXXVII
DEC · NON · APR · A · MDCCCXXXV
IOANNES · VANNINIVS
VXORI · SVAVISSIMAE
TITVLVM · CVM · LACRIMIS · FECIT

CCLX.

MARIA · THERESIA · A · SANCTO · IOSEPHO
DOMO · BONONIA
EX · LAVRENT · GIOVANNINIO · ET · GELTR · GVARMANDIA
VIRG · THERESIAN · EXCAL · PER · AN · III · M · VII · D · XVIII
QVAE · INNOCENTIA · VITAE
ET · MIRA · SVPPLICANDI · ADSIDVITATE · ENITVIT
V · A · XXVII · M · VIII · D · XIIII
IIT · AD · SPONSVM · VIII · K · SEPT · A · MDCCCXXXXII

CCLXI.

☧

A Ω

SALVE · ET · VALE · AETERNVM

GELTRVDA

PVELLA · OPTIMA · SVAVIS

QVAE · FORMAM · EGREGIAM

INLVSTRABAS

PIETATE · SINGVLARI · MORIBVS · IVCVNDISSIMIS

TE · NATAM · A · XV · M · VII

SVPERI · ACCIVERVNT

NONIS · IAN · AN · MDCCCXXXX

THOMAS · VITALIVS · ET · CANDIDA · CONTIA

EXTREMVM · TIBI · AMORIS · PIGNVS

FECIMVS · PARENTES

CCLXII.

QVIETI · ET · PIETATI

ANNAE · ANT · F · SGARZIAE

CON · VID · NICOLAI · CAMPIANI

FEMINAE · PIENTIS

CVI · PERPETVVS · IN · SVOS · ADFECTVS

ET · MIRA · IN · VICIBVS · HVMANIS

PERFERENDIS · CONSTANTIA

BONORVM · LAVDES · COMPARARVNT

VIXIT · A · LXVII · M · VII

AD · SVPEROS · EVOLAVIT · XIIII · K · DEC · A · MDCCCXXXXI

FILII · MONVM · TESTEM · DOLORIS · POS ·

CCLXIII.

OSSA · ET · CINERES

VICTORIAE · DOMINICI · F · MORELLIAE

ANNOR · XXXVII

MARIA · CARDINALIA · FECIT · FILIAE

QVAE · NVPTIARVM · EXPERS · OB · K · MART · A · MDCCCXXXXII

CCLXIIII.

CATHARINAE · PASCHALIS · F · TERTIAE

QVAE · VXORIS · ET · MATRIS

OFFICIA · OMNIA · SEDVLO · PRAESTITIT

VIXIT · A · P · M · XXXVIIII

EXCESSIT · XVI · K · MART · A · MDCCCXXXXI

IOS · GALLIVS · MARITVS · CVM · FILIIS · QVATVOR

ANIMAE · B · M · IN · PACE

PAX · AETERNA · TIBI · SIET · ANIMA · RELIGIOSISSIMA

CCLXV.

MARIANNAE · FRANC · F · MASETTIAE

EX · CATHARINA · PALLOTTIA

VXS · Θ · FRANC · GARAGNANI

FEMINAE · RELIGIOSA · ANIMI · DEMISSIONE

AC · MISERIS · OPITVLANDI · STVDIO

OMNIBVS · COMMENDATAE

QVAE · MARITVM · ADVERSA · VALETVDINE · CONFLICTATVM

OMNI · OPE · IVVIT

LIBEROS · EXEMPLO · MONITIS · AD · VIRTVTEM · CONFORMAVIT

PERMOLESTAM · AEGROTATIONEM · PLVS · BIENNIVM · PASSA

DEC · IN · PACE · ☧ · IIII · K · MAIAS · A · MDCCCXXXXII

ANNOS · NATA · P · M · LXX · M · III · D · XXIIII

GARAGNANI · FRATRES · ALOIS · CAIET · ALEX · ET · IOAN ·

CVM · THERESIA · ET · CLEMENTINA · SORORIB ·

MATRI · OPT · B · M · ILLACRIMANTES · POS ·

CCLXVI.

AVE · ANIMA · DVLCISSIMA

HIC · SITA · EST · CLAVDIA · VANNINIA

CON · Θ · ANTONI · TREBBI

VIXIT · AN · LV · M · II · D · I

MORTEM · OBIT · IN · PACE · K · FEB · A · MDCCCXXXXIIII

FILI · SEX · FECIMVS · MATRI

QVAM · IN · RELIGIONE · COLENDA · STVDIOSAM

IN · REBVS · FAMILIARIBVS · CVRAND · ADSIDVAM

AD · EXITVM · VSQVE · MIRATI · SVMVS

O · BONA · TE · IN · PACE · SVA

☧ · FACIAT

CCLXVII.

DOROTHEAE · TANISTIAE · Θ · X · K · OCT · A · MDCCCXXXXII

QVAE · VIXIT · A · L · M · VI · D · XXII

ANGELVS · CAVALLIVS

FECI · VXSORI · PIAE · SOLLERTI · MODESTAE · IN · EXEMPLVM

AVE · AVE · IN · CHRISTO

CCLXVIII.

DORMITIONI

THERESIAE · AMADEI

DOMO · BONONIA

FEMINAE · ANIMI · CANDIDISSIMI

VXORIS · OPTIMAE

QVAE · MORTEM · OMNI · OPE · SACRA · FIRMATAM

HEIC · DVM · RVSTICARETVR · OPPETIIT

VIII · EID · SEPT · A · MDCCCXXXXI

THERESIA · VIVE · IN · DEO

CCLXVIIII.

CINERES · HEIC · SITI · SVNT
IOANNAE · VINCENTII · F · BIAGIAE
FEMINAE · ANTIQVAE · VIRTVTIS
CVIVS · PIETATEM
MORES · SVAVISSIMI · ORNARVNT
DIEM · OBIIT · V · K · NOV · A · MDCCCXXXXII
FILII · COMPLORANTES
ANTONIVS · RAPHAEL · LAVRENTIVS
FECERVNT · MATRI
EMENSAE · AN · LXXXV

CCLXX.

H · S · E · ALOISIA · CAIET · F · FANGAREZZIA
QVAE · MODESTIA · PRVDENTIA · COMITATE
CAETERISQVE · DOMESTICIS · VIRTVTIBVS · PRAECELLENS
EXTREMVM · MORBVM · FORTITER · PERPESSA
SVOSQVE · VVLTV · ET · ADLOQVIO · SOLATA
HILARIS · MORTEM · OBIVIT · VIII · K · SEPT · A · MDCCCXXXXI
IOSEPHVS · CHRISTOFORVS · DOCT · MED ·
F · CONIVGI · QVACVM · VIXIT · AMORE · MVTVO · FIDE · PARI

CCLXXI.

MARIAE · ANNAE · LVCIAE · XAVERIAE
RIGHIAE · ADPELLATAE
HAEC · ANNO · MDCCLXXXII · DOMVM
PROLI · INCERTORVM · PATRVM · EDVCANDAE
INGRESSA · PIETATE · MODESTIA · SEDVLITATE
VICENNIVM · SODALIBVS · PRAEFVLSIT · DONICVM
ANNOS · NATA · XXXIII · PVELLIS · REGVNDIS
PRAEPOSITA · IISDEM · INSTITVENDIS · NAVITER
STVDVIT · SVPRA · SEXVM ANN · XXXIII
MENS · V · MAGISTRA · VIRTVTVM · OMNIVM
HABITA · EST · VIXIT · A · LXVII · M · VIII · D · XX
DECESSIT · KAL · OCT · A · MDCCCXXXXI
IN · PACE

CCLXXII.

IOSEPHINAE · RIVELLIAE · ANNOR · XXXXVIIII
FEMINAE · PRVDENTISSIMAE
DOMESTICAE · PACIS · CVSTODI
AMORI · MEO · SVRREPTAE
KAL · OCT · A · M · DCCC · XXXVIII
IGNATIVS · RVBBINIVS
POSVI · VXSORI
DE · QVA · HOC · VNVM · DOLVI · QVOD · MORTVA · SIT

CCLXXIII.

PAX · TIBI · CATHARINA

CATHARINAE · BETTINIAE
CON · VID · ANTONII · CLO
EGIT · A · LXXXX
VITA · PIISSIME · ACTA · CESSIT
PRID · NON · FEB · A · MDCCCXXXXI
FILIVS · ET · NEPOTES · COLLACRIMANTES
FEMINAE · B · M ·
TITVLVM · SVI · DESIDERII · TESTEM · P · C ·

CCLXXIIII.

☧

MEMORIAE · ET · VIRTVTI

VICTORIAE · DVROZIER · DOMO · GRATIANOPOLI

CVRATRICIS · REI · FAMILIARIS

SENATORIAE · DOMVS · MARSILIAE · PER · ANN · PLVRES

ADSIDVAE · DILIGENTISSIMAE

QVAE · PARTHENOTROPHIVM · ELISABETHIANVM

RELIGIONIS · PIETATISQVE · CAVSSA · INGRESSA

DISCIPLINAE · IN · EXEMPLVM · SERVANTISSIMA

NOVENNIVM · CONTVBERNALIBVS · PRAEFVLSIT

VIXIT · A · P · M · LXXVIII

DESIDERATA · EST · V · ID · OCT · A · MDCCCXXXXI

CCLXXV.

A ☧ Ω

MARIAE · GREGORI · F · MONESIAE

FEMINAE · RARISSIMI · EXEMPLI

ANNOR · VITAE · LIIII · CONIVGI · XXIIII

QVAE · LAVDE · RELIGIONIS · INNOCENTIA · VITAE

SVAVITATE · MORVM

CVRA · ADSIDVA · RERVM · DOMESTICARVM

OMNIBVS · PROBATISSIMA · FVIT

PLACIDO · EXITV · EMIGRAVIT · V · ID · MART · A · MDCCCXXXXI

RELICTA · CLEMENTINA · FIL ·

ALOIS · GARAGNANIO · DOCT · I · V · NVPTA

TAM · CARI · CAPITIS · AMISSIONE · INFELICISSIMA

PETRVS · GARDINIVS · HEV · MARITVS

POSVIT · VXORI

QVACVM · VIXIT · DVLCISSIME · IVCVNDISSIME

CCLXXVI.

EXVVIAE
IVNIPERAE · SEBASTIANI · F · COLIAE
QVAM · AN · NATAM · XXXII
MARIANNA · BARALDIA · MATER
COLLACRIMAVIT · ABREPTAM · III · NON · DEC · A · MDCCCXXXII

CCLXXVII.

MARIAE · KAROLI · F · DALLEDONNE
FEMINAE · DOCTISSIMAE
OMNIQ · VIRTVTVM · GENERE · INCLYTAE
DOCTRICI · PHILOSOPHIAE · ET · MEDICINAE
INTER · SODALES · BENEDICTINOS
HONORIS · ERGO · ADLECTAE
QVAE · PIA · COMIS · PVDICA
VSA · SAPIENTVM · CONSVETVDINE
ACCEPTA · SVIS · PROBATA · OMNIBVS
VIXIT · A · LXII
OBDORMIVIT · IN · ☧ · V · IDVS · IAN · A · MDCCCXXXII

CCLXXVIII.

HEIC · PROPITIIS · CAELESTIBVS
IN · PACE · ☧ · QVIESCIT
IOSEPHA · ALOISI · F · CAVALLIERIA
EX · MAGDALENA · SARTIA
ANNOR · LVII · MENS · III · DIER · II
Θ · IIII · K · FEB · A · MDCCCXXXXI
IOSEPHVS · LAGHIVS · P · VXORI
QVACVM · VIXIT · A · XXXV · DVLCISSIME

CCLXXVIIII.

MEMORIAE · KARISSIMAE
SOPHIAE · BVTLER · DOMO · DVBLINO
BRINDSLEY · TOPARCH · LANESBOROVGH ·
PRIMORIS · HIBERN · REGNI
ET · IOANN · ROCHOFORT · EX · DYNASTIS · BELVEDERE · FIL ·
ALOISIVS · MARISCOTTVS · BERSELLIVS · MARCH · FEC · VXORI
INGENIO · MORIBVS · DIGNITATE
LAVDEM · OMNEM · SVPERGRESSAE
EGIT · A · LXX · M · IIII · D · XI · EMIGR · PR · K · FEBR · A · MDCCCXXXX

CCLXXX.

CATHARINAE · NICOLAI · F · MAZZIAE

FEMINAE · LENITATIS · SINGVLARIS · MORVM · OPTIMORVM

MVSICES · GRAPHIDOS · APPRIME · SCIENTIS

OPERIS · MVLIEBRIS · SOLLERTISSIMAE

QVAE · INGENIO · ACERRIMO · EXCELLENS

LITTERAS · ADAMAVIT · MIRE

SERMONEM · GALLICVM · DOCTA · EST

AMOR · CONIVGIS · ET · LIBERORVM

DEC · VIII · K · SEPT · A · MDCCCXXXXIIII

IOAN · BAPT · MONTANARIVS · MARITVS

CVM · AVGVSTO · ET · HELENA · FILIOLIS

DESIDERIO · SVO · POS ·

CCLXXXI.

THERESIA · ANT · F · BERTIA
HEIC · COMPOSITA · EST
HEV · TE · FLORENTEM · AET · AN · XXVIII
RELICTA · FILIOLA · INFELICISSIMA
XIIII · K · IAN · A · MDCCCXXXXII
SENIOR · TE · AMISI
PETRVS · MAGLIVS · MARITVS
QVI · PRIVS · MORI · DEBVERAM

CCLXXXII.

ANNA · MAR · PALLOTTIA
VXOR · Θ · Θ · VINCENTII · BENFENATI · ET · IOS · BASSI
VIXIT · AN · LXXII · M · I · D · II
OBDORMIVIT · IN · PACE · ☧ · XIIII · KAL · OCT ·
A · MDCCCXXXXI
IOSEPHVS · PALLOTTIVS · F · SORORI
PIAE · FRVGI · MISERICORDI

CCLXXXIII.

MARIA · ELISABETHA · IAC · F · REDEL

VIXIT · A · LXXV · MENS · VII

MARIA · MARGARITA · REDEL

FECIT · CVM · LACR ·

SORORI · IN · EXEMPLVM · PIAE · RELIGIOSISS ·

QVAE · NVPTIIS · VIRGINITATEM · ANTETVLIT

CCLXXXIIII.

QVIETI

MARIAE · ANT · F · RIZZOLIAE

QVAE · ANNOS · VIX · EMENSA · XXXVI

A · CAELESTIBVS · ACCERSITA · EST

XVIII · K · APR · A · MDCCCXXXXII

IOSEPHVS · RIZZOLIVS

SVPREMVM · AMORIS · PIGNVS

SORORI · OPTVMAE · CVM · LACRIMIS · DEDIT

CCLXXXV.

☧ ☧

ADQVIESCIT · HIC
ANTONIA · IOSEPHI · F · MOROTTIA
VXOR · FRANCISCI · RVVINETTI · DOCT · MATH ·
MATER · FAMILIAS · DILIGENTISSIMA
PIA · FRVGI · PVDICA
IN · PVERPERIO · RAPTA · DECESSIT · PRIDIE · IDVS · AVG ·
AN · MDCCCXXXVIIII
FLORENTIS · AETATIS · ANNOR · XXV · M · X · D · VIII
MARITVS · ET · LIBERI
AD · LVCTVM · ET · LACRIMAS · RELICTI
FECERVNT
CONIVGI · INCOMPARABILI
MATRI · DESIDERATISSIMAE

CCLXXXVI.

IVLIAE · BENANNIAE · ANNOR · LXVI

FEMINAE · DOMISEDAE

QVAE · VXORIS · MATRISQ · FAMILIAS

VIRTVTES · OMNES · COMPLEXA

DIEM · OBIIT · XV · K · MART · AN · MDCCCXXXX

IOSEPHVS · BERNAROLIVS · MARITVS

CONIVGIS · DVLCISSIMAE · NVNQVAM · IMMEMOR · FVTVRVS · P · C

CCLXXXVII.

OSSA · POSITA

MARIAE · SORORIS · Θ · AVG · SARTI · CVRION · AD · MARTINI · PON

DILIGENTISSIMAE · RELIGIONIS · PIETATISQVE

COMI · LENIQVE · ANIMO · OMNIBVS · PERACCEPTAE

QVAE · ANNVM · AGENS · LXVIIII

LAETA · AD · SVP · MIGRAVIT · III · ID · AVG · A · MDCCCXXXIII

LVDOVICVS · FASANIVS · VX · FECI

PAX · TIBI · CAELESTIVM · VXOR · CONCORDISSIMA

CCLXXXVIII.

QVIESCENTI · IN · PACE

CLAVDIAE · FELICIS · F · STANZANIAE .

QVAE · RELIGIONEM · REBVS · OMNIB · ANTETVLIT

MORTE · INTERCEPTA · EST · III · ID · FEB · A · MDCCCXXXX

QVVM · EGISSET · A · XXXIIII

FECIT · MARITVS · ANIMAM · PIENTISSIMAM · HONORANS

CCLXXXVIIII.

VERONICAE · ANGELI · F · SAVIGNIAE

NAT · PLVMAT · IN · TERRIT · N ·

FEMINAE · PIETATIS · EXIMIAE

MORVM · SVAVITATE · OMNIBVS · COMMENDATAE

VIXIT · AN · LXVII

INNVPTA · DEC · VII · ID · SEPT · A · MDCCCXXXX

ALOISIVS · SAVIGNIVS · FRATER · CVM · ANNVNZIATA · SORORE

ILLACRIMANTES · POSVERVNT

HAVE · HAVE

CCLXXXX.

HEIC · VTI · IVSSIT · COMPOSITA
KAROLOTTA · DALLOLIO
CONIVX · ZANOBI · NANNETTI
QVAE · VIXIT · ANNOS · P · M · XXXI
ELATA · EST · VIII · EID · MART · A · MDCCCXXXXI
QVI · PRAETERGREDERIS · DICITO
KAROLOTTA · GAVDE · IN · ☧

CCLXXXXI.

ANNAE · IACOBI · F · BONIFATIAE
FEMINAE · A · RELIGIONE · SPECTATISSIMAE
QVAM
SVMMVS · IN · CONIVGEM · ADFECTVS
PARI · CVM · INTEGRITATE · MORVM · CONIVNCTVS
PRAESTABILEM · FECIT
VIXIT · AN · P · M · LX
DEC · VIIII · K · APR · A · MDCCCXXXX
LAVRENTIVS · MAZZA
MARITVS · QVI · ET · HERES · TESTAMENTAR · EX · ASSE
SECVNDVM · OPTATA · EIVS · F · C ·

CCLXXXXII.

VIRTVTI · ET · NOMINI
MATHILDES · ANT · F · CAPPIAE
CON · Θ · IOANNIS · FOSCHINI
ET · Θ · GVLIELMI · GANDI · COM ·
ADLECTI · INTER · PRIMORES · GALLICI · REGNI
FEMINAE · PROBITATIS · EXIMIAE
A · BENEFICENTIA · COMITATE · CONSILIO · LAVDATISSIMAE
VIXIT · AN · LXXII
CONIVGVM · DIGNITATI · NVNQVAM · IMPAR
DEC · ANIMO · INVICTO · ET · PIO · NON · FEB · A · MDCCCXXXXIIII
ALEXANDER · CAPPIVS · NEPOS
AMITAE · DVLCISSIMAE · BENEMERENTI
MONVMENTVM · ET · LACRIMAS
TESTES · AMORIS · DEDIT

CCLXXXIII.

MARIANNAE · BASSIAE
BENEMERENTI · IN · PACE
QVAE · VIXIT · AN · LVIII
DEP · PR · K · OCT · A · MDCCCXXXXIIII
CAIETANVS · GIOVANNINIVS
VXORI · FRVGI · CASTAE · IN · EXEMPLVM

CCLXXXIIII.

☧ ☧

IVLIA · BOLDRINIA
AN · LX · Θ · XIX · K · SEPT · A · MDCCCXXXXI · H · S · E
DOMINICVS · BARERA
CVM · ALOIS · CAES · VALENT · ET · IVNIPERA · FIL ·
F · VX · ET · MATR ·
PLVS · DE · SE · MERITAE · QVAM · TITVLO · SCRIBI · POSSIT

CCLXXXXV.

KARISSIMIS · EXVVIIS
KAROLOTTAE · PAVLLI · MARCH · F · TEDESCHIAE
FEMINAE · RARAE · VIRTVTIS
IN · COAEQVALIVM · EXEMPLVM · NATAE
QVAE · FAVENTIAE
IN · COENOBIO · VIRG · CLARAL · SEPTENNIVM · ALVMNA
ILLECEBRARVM · ODIO · OMNIGENOQVE · PIETATIS · STVDIO
SORORVM · DEO · DEVOT · SOCIARVMQ · PRAECONIA · RETVLIT
DOMVM · REDVX
ET · DOMINICO · TELLARINIO · COM · NVPTVI · TRADITA
TENAX · PROPOSITI
SANCTIMONIAM · AD · EXITVM · VSQVE · SECTATA
POST · GRAVES · CREBRASQVE · AEGROTATIONES
RELIGIONIS · SVBSIDIIS · SVFFVLTA
MIRA · ANIMI · CONSTANTIA · TOLERATAS
IN · IPSO · AETATIS · FLORE · ANNOR · XXXVII
HILARIS · MORTEM · OBIVIT · IIII · NON · IAN · A · MDCCCXXXXIIII
VALE · O · RERVM · MIHI · DVLCISSIMA · VALE
SVPREMVM · EGO · TVVM · EXCEPTVRVS · SPIRITVM · AVOLAVI
NEC · POTVI · MARITVS · INFELIX
TE · VTINAM · APVD · CAELESTES · REVISERE · DATVM · SIET

CCLXXXXVI.

AVE · IN · PACE

ANNA · NEGRETTIA

QVAE · DEO · CONIVGI · SOBOLI

OFFICIA · OMNIA · SEDVLO · PRAESTITISTI

THOMAS · CAPPIVS · MARITVS

CINERIBVS · TVIS · HEV · MIHI · INSOLABILITER · DEFLENDIS · FE

V · A · LI · Θ · K · DEC · A · MDCCCXXXXIII

CCLXXXXVII.

DORMIT · IN · ☧

CAECILIA · ANT · F · MINELLIA

CVLTRIX · DEI · OMNIPOTENTIS

ADSIDVA · STVDIOSISSIMA

QVAE · SORORIBVS · IIII

OMNIGENA · VIRTVTE · PRAEFVLSIT

AGENS · AN · XXXII

LIBENS · DECESSIT · IIII · CAL · OCT · A · MDCCCXXXXI

IVNIPERA · CASOLARIA

MATER · IN · SENIO · FECIT · FILIAE

CCLXXXXVIII.

DEPOSITAE · IN · PACE
ANGELAE · ZVRLAE
Q · N · A · XXXX · ABSCESSIT · K · IAN ·
A · MDCCCXXXXIIII
PAVLLVS · VIGNALIVS
P · CONIVGI · AMANTISSIMAE
HEV · DESIDERIVM · HEV · LVX · MEA · ABIISTI

CCLXXXXVIIII.

ANGELAE · FELICIS · F · BARILLIAE
PRAEREPTAE · IN · PACE · VII · K · SEPT · A · MDCCCXXXXIII
THERESIA · MAR · NEGRINIA
FILIAE · POSVI
Q · V · A · XXXXI
PIA · PRVDENS · MIHIQVE · OBSEQVENTISSIMA

CCC.

AVE · DVLCIS · ANIMA

TEQVE · ☧ · IN · PACE · SVA · FACIAT

MARIANNA · VBALDI · F · ROVATTIA

QVAE · DELICIIS · DOMVS · POSTHABITIS

IN · MONASTERIVM · VIRGINVM · VALLOMBROSANARVM

VNI · DEO · VICTVRA · CONCESSISTI

ET · TEMPORVM · ACERBITATE · MIGRARE · COACTA

PROPOSITO · SANCTA

DOMI · MAGISTRA · VIRTVTVM · OMNIVM · EXTITISTI

DONICVM · IN · SENIO · ANNOR · LXXXII · M · I · D · XXVII

AD · CAELESTES · LAETA · AVOLASTI

VIIII · KAL · IAN · AN · MDCCCXXXIIII

CAMILLA · ROVATTIA · NEPTIS

MEMOR · PERPETVI · AMORIS · TVI · FAC · CVRAVI

EPITAPHIA SEPVLCRORVM COMMVNIVM

CCCI.

PETRVS · HERC · PALLAVICINIVS · CENTVRIO · VIR · PRINCEPS
A · CONSILIIS · INTIMIS · REGNOR · REGVNDOR · IMP · CAES · AVG ·
ET · INTER · CVBICVLARIOS · EIVS · ADLECTVS
EQ · BENEFICIARIVS · LEOPOLDIANVS · EQ · HIEROSOLYMARIVS
CRVCIBVS · MAGNIS · SPLENDIDISSIMOR · ORDINVM · EXORNATVS
CVM · MARIA · EX · PROCERIBVS · GRADENIGO · CONIVGE
DE · ACERBISSIMO · FILIORVM · INTERITV
VSQVE · ET · VSQVE · MOERENS
HVNC · CINERIBVS · GENTIS · SVAE · CONDENDIS · LOCVM
COMPARAVIT · A · MDCCCXXXXII · TITVLVMQVE · SVPERADDIDIT
VT · SIBI · SVISQVE · OMNIB ·
QVO · DEVS · IVSSERIT · ORDINE · VITA · FVNCTIS
QVI · LEGERINT · BEATITATEM · AETERNAM · ADPRECENTVR
O · IESV · REDEMPTOR
QVORVM · CINERES · HEIC · VNA · DEDERIS · ADQVIESCERE
EORVM · ANIMAS · ET · IN · CAELIS · DA · CONSOCIARI

CCCII.

QVIETI · GENTIS · GVIDOTTAE

QVOVIVS · AVITVM · SEPVLCRVM

IN · TEMPLO · FRATRVM · DOMINICIANORVM

AD · CELLAM · MARIAE · SANCTAE · EXORATAE

AMPLISSIMO · PATRONATVS · IVRE · A · MAIORIBVS · DICATAM

EX · REG · DECR · CORPORVM · IN · COEMETERIO · PVBL · HVMANDOR ·

OCCLVSVM · EST · A · MDCCC

FRANCISCVS · GVIDOTTVS · MAGNANIVS · MARCH · SEN ·

EQVES · A · CORONA · FERREA

MATRI · AMANTISSIMAE

CONSTANTIAE · FRANCISCI · F · SAMPIERIAE · C · F ·

Θ · ANNO · M · DCCC · XXXVIIII

INLVSTRE · MONVMENTVM · COGITANS

CONDITORIVM · HOCCE

ET · SIBI · ET · FRATRI · LIBERIS · POSTERISQ · OMNIBVS

DEDICAVIT · ANNO · MDCCCXXXVIIII

CINERIBVS · INLATIS · AGNATORVM · IN · COEMETERIO · CONDITIS

VT · QVOS · VNA · COMPLEXA · EST · DOMVS

IDEM · CONDAT · SEPVLCRVM

CCCIII.

OSSA · ET · CINERES · GENTIS · FERRARIAE
LOCVM · EMIT · IOSEPHVS · FERRARIVS · COM ·
PATRIC · MVTINENS · NOBILIT · CIVIT · BONONIENS ·
A · CVB · FRANC · IIII · ATEST · ARCHID · AVSTR · DVC · MVT ·

PRIMA · COMPOSITA · EST
CVNEGVNDA · IOS · S · S · F · FERRARIA
CVLTRIX · ADSIDVA · PIETATIS · CVSTOS · INNOCENTIAE
QVAE · VIRGG · SALESIAN · INSTITVTIONI · TRADITA
AMORE · IN · DEVM · EXARSIT
DOMVMQVE · REDVX · PIA · FRVGI · VERECVNDA
PRISTINAE · VITAE · RETINENS
DVM · VIRGINIBVS · DEO · DEVOTIS · SESE · ADIVNGERE · PARARET
DIESQVE · LENTOS · NIMIS · PROCVRRERE · INCVSARET
MORBO · CORREPTA
CAELESTEM · SPONSVM · VOCANTEM · ADIIT · K · AVG ·
AN · MDCCCXXXXIIII

CCCIIII.

☧ QVIETI · CORPORIS ☧

ALOISI · MINIATIS · ANNOR · LXXIIII

Θ · VI · KAL · SEPT · AN · MDCCCXXXXIIII

CONDIDERVNT · CLEMENTINA · ET · CAROLINA · FIL ·

LOCO · CONLATA · PECVNIA · EMPTO

AVE · O · BONE

QVASQVE · MONITIS · ET · EXEMPLIS · AD · PIETATEM · INSTITVERAS

RESPICE · NATAS · HEV · HEV · MOERENTES · DECESSV · TVO

CCCV.

PAX · TIBI · EVGENIA · MILLINIA

ANIMA · RARISSIMA

QVAM · DIVTVRNA · VIS · MORBI

CAELO · PARATAM · ABRIPVIT · K · IAN · A · MDCCCXX

CAIETANVS · LELLIVS · HEV · SVPERSTES

TITVLVM · INSCRIPSI

TE · CONIVGEM · VNANIMEM

INSOLABILIBVS · LACRIMIS · DEFLETVRVS

DONEC · HEIC · TECVM · ADQVIESCAM

CCCVI.

· IOANNES · GASPARRIVS
HEIC · QVO · DEVS · IVSSERIT · ORDINE
EGO · MEIQVE · ERIMVS

QVANDOQVIDEM · TE · PRIMVM · DEVS · ABIRE · IVSSIT
REQVIESCE · SENEX · INCOMPARABILIS
QVI · NATVS · AN · LXXII
FILIOS · TVOS · AMANTISSIMOS
IN · MOERORE · LIQVISTI · KAL · FEB · A · MDCCCXXXVIIII

HEV · QVI · NVPER · PATREM · COMPOSVISTI
TV · QVOQVE · HIC · IACES · CAIETANE
IPSVM · POST · MENSEM · SVBSEQVVTVS
CVM · EGISSES · AN · XXXV · TANTVM

DORMI · CVM · PATRE · ET · AVO · ALEXANDRILLE
SOLATIVM · VNICVM · VIDVITATIS · MEAE
PRAEREPTE · MIHI · PRID · N · AVG · AN · MDCCCXXXXI
ET · ESTO · MEMOR · ANNAE · LOLLIAE · MATRIS · TVAE
TOT · CARORVM · CAPITVM · AMISSIONE · INFELICISSIMAE

CCCVII.

☧

A Ω

EXVVIAE · HEIC · SITAE · SVNT

ANTONIAE · LAVRENT · F · SALIMBENIAE

FEMINAE · PIENTISSIMAE

MATERNIS · OFFICIIS · EGREGIE · PERFVNCTAE

QVAM · A · PRIMA · AETATE · MORBO · LABORANTEM

PATIENTIAE · CONSTANTIA

CAELITIBVS · APTAM · EFFECIT

NATA · AN · $\overline{XXXXVIII}$ · MENS · $\overline{VIII}$ · D · $\overline{XXIIII}$

MORTEM · LAETA · LIBENS · OPPETIIT

$\overline{XV}$ · KAL · MART · AN · $\overline{MDCCCXXXXI}$

FRANCISCVS · XAVERIVS · RIGHIVS

MOESTISSIMVS · POSVIT

VALE · VXOR · VALE

HEIC · APVD · CINERES · TVOS

LOCVM · ET · MEIS · PARAVI

CCCVIII.

H · S · E ·

ROSA · KAROLI · F · FANTONIA · COM ·

DOMO · VRBINO

FRANCISCVS · POMINIVS · COM ·

POSVI · MARITVS · MISERRIMVS

AVE · CONIVX · DESIDERATISSIMA

QVAE · PRVDENS · COMIS · PVDICA

MEA · FVISTI · ANNOS · III

RAPTA · ES · III · K · SEPT · A · MDCCCXXX

VIX · NATA · AN · XXIII

HEIC · TE · COMPOSVI · IN · SEPVLCRO

QVOD · ET · MIHI · DESIGNAVI

APVD · CINERES

PIGNORVM · CARISSIMORVM · AMORIS · TVI

ANNAE · PVELLAE · BIMAE

Θ · X · KAL · APR · AN · MDCCCXXXVIIII

ET · CONSTANTIAE · INFANTVLAE · DIER · II

Θ · PR · KAL · APR · AN · MDCCCXXXX

AVETE · AVETE · AETERNVM · ANIMAE · MEAE

CCCVIIII.

☧ ☧

MARIANNAE · MANNELLIAE
QVAM · FILII · DVO · SVPERSTITES
INDVLGENTISSIMAM · MORIGERAM · PIAM
PRAEDICANT · DESIDERANT
VIXIT · A · XXXVI · M · VI
ELATA · EST · III · K · AVG · A · MDCCCXXXX
MARCVS · REGNANIVS
CONIVGI · AMANTISSIMAE · BENEMERENTI

HOC · MONVMENTVM · HEREDES · SEQVITVR

CCCX.

SALVE · CLEMENTINA
PVELLA · INNOCENS · SVAVISSIMA
TE · NATAM · ANNOS · XVI
SVPERI · ACCIVERVNT · POSTRID · K · MART · A · MDCCCXXXXI
IOANNES · VIVARELLIVS
ET · GELTRVDA · RIVELLIA · PARENTES
HEIC · EXVVIAS · TVAS · CONDIDIMVS
QVEIS · ET · NOSTRAS · CONSOCIARI · VOLVMVS

CCCXI.

AVE · ANTONI · SVAVISSIME · ET · VALE
QVEM · VIRTVTE · OMNIGENA
ACERRIMOQVE · INGENIO
PRAECLARA · QVAEQVE · POLLICENTEM
HEV · VIX · ANNOR · XVII · M · II · D · XXVII
DIRA · VIS · MORBI · PRAERIPVIT
III · KAL · FEBR · AN · MDCCCXXXXII
SALVATOR · PARIGIVS · DOCT · IVR · VTR · TABELLIO
CVM · CLEMENTINA · ODORICIA · PARENTES
SPE · VNICA · AC · PRAESIDIO · DOMVS · ORBATI
INLATIS · CINERIB · ANTONI · PARIGI · SAC ·
ARCHIPRESB · BARAGAZZIAE · PATRVI · TVI
FECIMVS · TIBI · FILIO · KARISSIMO · ET · NOBIS
AVE · ITERVM · DELICIVM · NOSTRVM · ET · VALE
QVASQVE · IPSE · DEBVERAS
ACCIPE · FVNERIS · NOSTRI · LACRIMAS · ET AC INFERIAS

CCCXII.

ANGELA · ALOIS · F · BERTIA
SOLATRIX · MISERORVM · ALTRIX · EGENTIVM
Q · XII · K · IAN · AN · MDCCCXXXXIII
NATA · ANNOS · XXXXV
DESIDERATA · EST
ALOISIVS · GIVSTIVS
FECIT · VXORI
ET · SIBI · CAETERISQ · SVIS · SVPERSTITIBVS

CCCXIII.

HEIC · RITE · COMPOSITA · EST
ANNA · ZAGAGNONIA
QVAE · VITAM · PRODVXIT · AD · AN · LXXX
ALTRIX · EGENORVM · EFFVSA
DEF · VIII · ID · AVG · MDCCCXXXXIIII
CAIETANVS · CALZOLARIVS
CINERIBVS · ET · MEMORIAE · VXS · OPT · F ·
ET · SIBI · ET · SVIS
COMMVNE · SEPVLCRVM · CONSTITVIT

CCCXIIII.

O · H · S · S ·

ANTONIAE · CINELLIAE

QVAE · MARITVM · DILEXIT

LINGVAM · CONTINVIT · DILIGENTER

V · A · XXXX · DEC · IIII · K · NOV · A · MDCCCXXXXIII

ALOISIVS · ANTONELLIVS

VXORI · F · IVXTA · CINERES

ALOISILLAE · FIL ·

MATREM · IN · ASTRA · PRAEGRESSAE

VII · K · OCT · A · MDCCCXXXXIII

VNA · REVICTVRVS · CITO · HEIC · CONDAR

ANIMAE · MEAE

CCCXV.

A Ω

SEPVLCRVM

CVRA · ET · IMPENSIS

IOSEPHI · MVSIANI

PARATVM · SIBI · ET · FAMILÍAE · SVAE

PRIMI · INLATI · SVNT · FILIOLI · DVO

RAPHAEL · MENS · VIIII · DIER · XXVIIII

ET · RAPHAEL · ALTER · MENS · II · DIER · XXVIII

QVI · FRATERCVLVM · INVISIT

XVIII · KALENDAS · IANVARIAS · A · MDCCCXXXVIIII

OSSA · QVOQVE · CONDITA

ADEODATI · ANGELI · F · MVSIANI

QVI · EGIT · AN · LXVII · M · VI · D · IIII

ET · CVM · FRATRIBVS · ET · AVO

RAPHAELLA · INFANS · ANNOR · I · M · III · D · XXIII

CAELITIBVS · ADDITA · XIII · KALEND · NOV ·

AN · MDCCCXXXX

HEIC · ADQVIESCIT

CCCXVI.

IN · PACE · ☧ · CONDITI · REQVIESCVNT
HVGO · CAPELLIVS · ANNOR · LXXV
CVIVS · CARITATEM · OPIS · INDIGI · SENSERVNT
PLACIDO · EXITV · EVOLAVIT · AD · SVPEROS
V · K · AVG · A · MDCCCXXXXII
ET · HENRICILLA · IOAN · F · CAPELLIA
INFANS · BLANDA · MELLITVLA · ANNOR · III
AVVM · PRAEGRESSA · MENSIB · VIIII · D · XX
IOANNES · CAPELLIVS · V · FECIT
PATRI · FILIAEQVE
CAETERISQ · SI · QVOS · SVSCEPERIT · FILIIS
POSTERISQVE · EORVM

CCCXVII.

DOMVS · MORTALITATIS
CINERIBVS · REVICTVRIS
GENTIS · CONTIAE · CASTELLIAE
QVAM · MATTHAEVS · CONTIVS · CASTELLIVS
DEMARCHVS · CORIANI
EQ · MAVRITIANVS · LAZZARIANVS
A · CVBIC · MAGN · DVC · ETRVSCORVM
PARENTIBVS · SVIS · ET · SIGISMVNDO · ALOIS · FRATRI
SIBIQVE · VIVENS · PARAVIT
ANNO · M · DCCC · XXXXII

CCCXVIII.

QVIETI · FAMILIAE · CVPPINIAE
LOCVM · PARAVIT · IOSEPHVS · CVPPINIVS

DOMINICVS · OTTANIVS · COGNATVS · EIVS
QVI · MERVIT · IN · EXERCITV · PONT · MAX ·
PRIMVS · COMPOSITVS · EST
VIXIT · AN · P · M · LX
EMIGRAVIT · IIII · ID · DEC · AN · MDCCCXXXVIII

CCCXVIIII.

HEIC · IN · SEPVLCRO
QVOD · MIHI · MEISQVE · PARAVERAM
TVRBATO · ORDINE · CONDIDI
FILIVM · MEVM · AMANTISSIMVM
ANTONIVM · ZONIVM
ADOLESCENTEM · OPTIMAE · SPEI
QVI · PIVS · IN · DEVM
SVORVMQVE · AMANTISSIMVS
POST · PHILOSOPHIAE · CVRRICVLVM
EGREGIE · CONFECTVM
IVRISPRVDENTIAE · LAVREAM
IN · LYCEO · MAGNO · MOX · ADEPTVRVS
ABREPTVS · EST · IIII · ID · IVL · AN · MDCCCXXXX
NATVS · AN · XXI · M · X
IOSEPHVS · ZONIVS · HEV · PATER
MVLTIS · CVM · LACRIMIS · POSVI

CCCXX·

☧ ☧

CAIETANVS · COLTELLIVS

CVM · IOSEPHO · DOCT · MED · ET · ALOISIO · FILIIS

LOCVM · HEIC · AD · QVIETEM · SIBI · ET · SVIS

PARAVERE

MAGDALENA · BORGHIA

FEMINA · INGENI · PRAESTANTIS

MATERFAMIL · DILIGENTISSIMA

QVAE · LIBEROS · SVOS · EXEMPLO · MONITIS · IVVIT

H · S · E ·

AN · N · LII · EMIGRAVIT · III · K · MART · A · MDCCCXXVII

CAIETANVS · COLTELLIVS · VXORI · POS ·

VALE · O · BONA · VALE

ET · CVM · AVIA · COMPOSITVS

DANTES · ALOIS · S · FILIVS

QVEM · DIE · EXORIENTIS · VITAE · VIX · SEPTIMO

CAELESTES · RAPVERE · XVI · K · FEB · A · MDCCCXXX

CCCXXI.

BENE · VIVAS · IN · ☧

PEREGRINA · ALOIS · F · GANDOLFIA

QVAE · CONIVGEM · IMPENSISSIME · AMASTI

MVTVOQVE · DILECTA

VITAM · OMNIGENA · VIRTVTE · PROBATAM

EXEGISTI

ANGELVS · PANCALDIVS · VXORI · OPT · FECI

APVD · QVAM · ET · CINERES · MEOS · MEORVMQ ·

ADQVIESCERE · VOLO

VIXIT · AN · LIII · M · II · D · XXIII

DEC · XVII · K · IAN · AN · MDCCCXXXXI

CCCXXII.

☧ ☧

CAMILLO · MINELLIO

PVERO · SCITVLO · ADRIDENTI

XV · CAL · AVG · AN · MDCCCXXXI

IN · BIMATV · ABREPTO

SERAPHIMVS · MINELLIVS

ET · KAROLOTTA · BOMBELLIA

PARENTES

FECERVNT · FLOSCVLO · SVO · ET · SIBI

CCCXXIII.

IACET · IN · MONVMENTO · SVORVM

ANTONIVS · MARI · F · MARELLIVS

PATER · OPTIME · DE · SOBOLE · DE · FAMILIA · VNIVERSA · MERITVS

PRAEREPTVS · EST · IN · PACE · X · K · IVN · A · MDCCCXXXXIIII

CCCXXIIII.

CAIETANO · BALTHASS · BOTTRIGARIO
PATRICIA · NOBILIT · AB · AVIS · ET · MAIORIB ·
Ↄ · IN · EXERCITV · PII · VI · PONT · MAX·
CVRATORES · EX · TEST ·
BENE · MERENTI · FECERVNT
IN · SEPVLCRO · AVORVM
VIXIT · AN · P · M · LXXX · DEPOSITVS · EST · XVI · K · NOV ·
A · MDCCCXXXXIIII

CCCXXV.

GELTRVDAE · RIZZIAE
FEMINAE · PIAE · SOLLERTI · DOMISEDAE
VINCENTIVS · TASSIVS
B · D · S · M ·
XI · K · IAN · AN · MDCCCXXXXI · VIT · FVNCT ·
AVE · VXOR · CINERIBVS · TVIS
ADSITI · ET · MEI · · ERVNT

CCCXXVI.

HEIC · POSITA · IN · PACE · ☧

MARIA · XAVERIA · FINETTIA

VXOR · CASTA · FRVGI · SVAVIS

MATER · OPTIMA · DILIGENTISSIMA

RELIGIOSA · ANIMI · DEMISSIONE · COMMENDATA

QVAE · MORBIS · PLVRIMIS

EORVMQVE · EXTREMO · PERDIV · CONFLICTATA

INVICTAE · PATIENTIAE · EXEMPLVM · RELIQVIT

VIXIT · ANNOS · L

PLACIDO · PIOQVE · EXITV · DECESSIT

CAL · IANVAR · AN · MDCCCXXXI

ALOIS · PICCIOLIVS · MARITVS

B · M · F · C · L ·

COMMVNEMQVE · SIBI · ET · SVIS

LOCVM · AD · QVIETEM · DESIGNAVIT

O · AMATA · MIHI · QVANTVM · AMABITVR · NVLLA

TE · ☧ · IN · PACE

CCCXXVII.

☧

PETRO · PAVLLO · SPECIOTTO · ADV ·

VIRO · INGENIO · DOCTRINA · PRAESTANTI

CAVSSIS · AGEND · MAGNAM · LAVDEM · ADEPTO

CVIVS · IN · TVEND · CLIENTIVM · REBVS · CONSTANTIA

IN · EGENOR · CALAMITATIBVS · LEVAND · BENIGNITAS · INCLARVIT

INTEGERRIMVS · COMIS · FIDISSIMVS · AMICIS

V · A · LVII · DIEM · SVVM · FVNCT · EST · III · N · APR · A · MDCCCXXXXI

CAIETANA · SARTIA · VXOR

CINERIB · CONSOCIATIS · ALFONSAE · FILIAE · ANNOR · XXI

V · K · AVG · A · MDCCCXXXX · PATREM · ANTEGRESSAE

MARITO · OPTIMO · DESIDERATISSIMO · FECIT

IN · MONVM · QVOD · AMICI · BENE · MERENTI · FAMILIAEQVE · EIVS

HONORIS · PIETATISQVE · CAVSSA · PARAVERVNT

CCCXXVIII.

HYPOGEVM
A · GENTE · MALVEZZIA · CAMPEGGIA
PARATVM
A · M · DCCC · XXXXII

CCCXXVIIII.

CAIETANVS · MELLINIVS
MIHI · MEISQ · COEMI
HEV · TV · PRIMA · HERNESTILLA
DECVS · PVELLARVM · HEIC · ADQVIESCIS
QVAM · NAT · AN · XV · M · X · D · V
HAEMOPTHYSI · CORREPTAM
XIII · K · NOV · A · MDCCCXXVI
DESIDERIO · ET · LACRIMIS · PROSEQVVTVS · SVM
PATER · INFELIX
VIVE · VIVE · HERNESTILLA · IN · DEO

CCCXXX.

CONSOCIATI · ADQVIESCVNT · CINERES

CLAVDIAE · TAMBRONIAE

N · A · XXVII · M · VI · D · VIIII

Θ · XIII · KAL · APR · A · MDCCCXXXXII

ET · HVGONIS · INFANTVLI · M · V · ET · DIER · VI

MATREM · ANNO · IPSO · VERTENTE

VI · ID · IVL · SVBSEQVVTI

ANDREAS · EVANGELISTIVS

VXORI · SVAVISSIMAE · ET · FILIO

EXTREMVM · AMORIS · PIGNVS

MONVMENTVM · FECIT

QVOD · ET · SIBI · COMMVNE · PRAEOPTAT

CCCXXXI.

LAVRENTIVS · FONTANA

MIHI · MEISQ · VIVENS · FACIVND · CVRAVI

PRIMVS · INLATVS · HENRICILLVS

ALOIS · FONTANAE · F · EX · MAR · MICHELIA

IN · IPSO · VITAE · EXORDIO · CAELITIBVS · CONSOCIATVS

HVIC · ET · CINERES · ADSITI

VICTORIAE · PETRI · F · PANTALEONIAE · COM · LAVRENT · S · S ·

FEMINAE · MITISSIMI · INGENI

QVAE · VITAM · RELIGIOSISSIME · ACTAM

SANCTO · PROBAVIT · EXITV

XVIIII · KAL · FEBR · A · MDCCCXXXXIII

CVM · VIXISSET · AN · XVIII · M · XI

CCCXXXII.

A ☧ Ω

THERESIAE · HYACINTHI · F · ZANETTAE

MATRIFAM · SVPRA · CAETERAS · VIRTVTES

PIETATE · IN · SVOS · COMMEMORABILI

V · A · XXXV · M · II · D · III · DEC · K · SEPT · A · MDCCCXX

ET · DOMINICO · ALOIS · F · SERRAE · CONIVGI · EIVS

EXORNATORI · AEDIVM · SACRARVM

EXIMIAE · IN · DEVM · ET · VIRGINEM · MATREM · PIETATIS

STVDIO · PIORVM · MANIVM · IVVANDORVM · SPECTATISSIMO

QVI · DVM · TEMPLVM · MARIAE · S · VITALIS

FESTVM · EIVS · ANNIVERSAR · CELEBRANDI · CAVSSA · EXORNARET

DE · SVMMI · TEMPLI · PEGMATE · LAPSVS · IN · PRAECEPS

DIEM · OBIVIT · VIII · ID · SEPT · A · MDCCCXXXXIIII

IOSEPHVS · ET · ALOISIVS · CVM · ANNA · SORORE

PARENTES · CONDIDERVNT

VALETE · O · BONI

OSSA · VESTRA · EXPECTANT

VT · HEIC · NOSTRA · NOSTRORVMQVE · CONDANTVR

CCCXXXIII.

OSSA · CONDITA

ROCHI · IOS · F · MAZZAE

VIRI · INDVSTRII · FRVGI · PIENTIS

QVI · NATVS · ANNOS · LXII

MITIS · OFFICIOSVS · CARVS · OMNIBVS

DECESSIT · XI · CAL · SEPT · A · MDCCCXXXVIIII

KAROLOTTA · CASARIA · VXOR

PHILIPPVS · ET · LIVIVS · FILII

MARITO · ET · PATRI · FECIMVS

APVD · QVEM · ET · NOS · NOSTROSQ · OMNES

ADQVIETVROS · CONSTITVIMVS

CCCXXXIIII.

LOCVS · SEPVLTVRAE · LOLLIORVM

EORVMQVE · HEREDVM

HIC · ADQVIESCIT

CAESAR · LOLLIVS

QVI · RELIGIONE · ET · BENEFICENTIA

SVOS · INTER · AEQVALES · ENITVIT

VITA · PIE · SANCTEQVE · FVNCTVS · EST · K · FEBRVAR ·

AN · MDCCCXXX

QVVM · VIXISSET · AN · XXXX · M · X · D · XX

LIVIVS · ET · ANTONIVS · FILII

MONVMENTVM · AMORIS · ET · LVCTVS · P · C ·

CCCXXXV.

HEIC · IN · PACE · ☧ · QVIESCIT
ANNA · CAMILLI · F · MONTIA
QVAE · NATA · ANNOS · XXXXII · MENS · III · DIES · XXIII
AD · SVPERVM · COMPLEXVS · ADVOLAVIT
XVIII · KALENDAS · DEC · A · MDCCCXXXX
AVE · AVE · O · CONIVX · DVLCISSIMA · INCOMPARABILIS
TE · VXOREM · MORIGERAM · TE · MATREM · OPTIMAM
TE · CVRATRICEM · DOMVS · SOLLERTISSIMAM
NOVI · EGO · NOVERE · FILII
QVOS · AD · VIRTVTEM · INSTITVISTI
TV · FORMA · PRAESTANS · VIRTVTE · PRAESTANTIOR
PRVDENS · COMIS · PVDICA
LAVDEM · OMNIVM · ADFECTVMQVE · MERITA · ES
PAVLLVS · RAMPONIVS
HEV · MARITVS · BREVIS
AMISSAM · TE · INSOLABILITER · DEFLENS
HEIC · IN · AEDE
QVAM · GENS · NOSTRA · IVRE · PATRONATVS · LEGITIMO · TVETVR
EXVVIAS · TVAS · CONDIDI
INDVLGENTIA · D · N · GREGORII · XVI
DECRETOQVE · KAROLI · OPPIZZONI · CARD · ARCHIEP · N ·
QVOD · DATVM · EST · PRID · KAL · FEB · A · MDCCCXXXX
AVE · ITERVM · ANIMA · MEA · ET · VALE
QVANDO · DEVS · IVSSERIT · TECVM · ERO

CCCXXXVI.

IN · REQVIETORIO

QVOD · CINERIBVS · SVIS · SVORVMQVE · PRAESIGNAVERAT

PRIMVS · COMPOSITVS · EST

IACOBVS · BARTOLVS · ARCHIT ·

NAT · HELVET ·

CIVIS · BONONIENSIS

VIX · A · LXXVIII · M · III · DEC · PRID · ID · DEC · A · MDCCCXXXX

BARTOLI · FRATRES · IOAN · FRANC · IOS · ET · CAIET ·

PATRI · OPTIMO · PIENTISSIMO

AMORIS · GRATIQVE · ANIMI · ERGO

HOC · MON · POS ·

CCCXXXVII.

IOSEPHO · MOROTTIO
AEDITVO · AD · MARIAE · LORETANAE
IN · BASILICA · STEPHANIANA
VIRO · INDVSTRIO · PIENTI
LVDIMAGISTRO · EXPERIENTISSIMO
QVI · PVEROS · CARITATE · COMPLEXVS
PRIMORDIA · LITTERARVM · DOCVIT
AD · VIRTVTEM · INSTITVIT
N · AN · LXXIII
DEC · V · ID · FEBR · AN · MDCCCXXXVIIII
ET · MARIAE · MOROTTIAE · FILIAE · EIVS
PVELLAE · AVREIS · MORIB · EXORNATAE
IN · SVOS · OBSEQVENTISSIMAE
QVAE · VIRTVTEM · PERFECTAM
VIVENS · SECTATA · EST
MORIENS · EXITV · SANCTISSIMO · COMPROBAVIT
OBIIT · V · ID · SEPT · AN · MDCCCXXXXIIII
GELTRVDA · TAMBVRINIA
CVM · CAIET · MOROTTIO · FILIO
LOCO · SEPVLCRI · ET · SIBI · COMPARATO
F · ANIMABVS · DVLCISSIMIS

CCCXXXVIII.

MENINI · FRATRES · IAC · ET · IOAN ·
SIBI · SVISQVE · VIVENTES · PARAVERVNT

PAX · TIBI · IOANNES · QVI · PRIMVS · DECESSISTI
IIII · NON · NOV · AN · MDCCCXXXXII

CCCXXXVIIII.

ALOISIO · AVGVSTINI · F · MARCHIO
VIRO · IN · EXEMPLVM · PIO
PATRIFAMILIAS · SOLLERTISSIMO
QVI · NATVS · A · LXVIIII · M · IIII · D · VIIII ·
DEC · IN · PACE · ☧ · XI · K · MAIAS · A · MDCCCXXXX
IOSEPHVS · MARCHIVS
FILIVS · MOERENS · POSVIT
PATRI · AMANTISSIMO
LOCO · AD · QVIETEM · SIBI · SVISQVE · COEMPTO

CCCXXXX.

MARIA · DOMINICI · F · COMELLINIA
V · A · LXXV · Θ · NON · IAN ·
AN · M · DCCC · XXXX
COMPOSVIT · ANNA · SOROR · CVM · LACR ·
IN · MONVMENTO
QVOD · ET · CINERIBVS · SVIS · CONDENDIS
DESIGNAVIT

· CCCXXXXI.

BERNARDVS · GARIBALDIVS
HOC · SIBI · ET · SVIS
SEPVLTVRAE · LOCO · EMPTO
LAPIDEM · REI · TESTEM
FIGENDVM · CVRAVIT
ANNO · M · DCCC · XXXXII

PRIMA · DEPOSITA · EST
MARIA · AMBROSIA
CONIVX · AMANTISSIMA
ANNOR · XXXXIIII · ET · MENS · IIII
ABREPTA · CAL · DECEMBR · AN · MDCCCXXXXII

CCCXXXXII.

AVE · ET · VALE · CAESAR

AMOR · FAMILIAE · ET · AMICORVM

HEIC · IN · SEPVLCRO · QVOD · SIBI · VIVENS

SVISQ · F · CVRAVERAT

HELENA · IOAN · F · BOSCHIA

VITA · FVNCT · X · K · MAIAS · A · MDCCCXI

AET · AN · LXVII · M · VI · D · IIII

ANNVNZIATA · PASSVTIA · MATER · INFELIX

OSSA · TVA · COMPOSVI

APVD · EXVVIAS · IOS · MEZZETTI · PATRIS · TVI

Θ · XVII · K · APR · A · MDCCCXXVII

AD · QVEM · NATVS · ANNOS · XX

XVI · K · FEB · A · MDCCCXXXXIII

AVOLASTI

CCCXXXXIII.

PHILIPPO · IOS · MARCH · SEN · F · DE · VIA
EX · PRIMORIB · REGNI · SCOTIAE
VIRO · INGENI · CELERRIMI · APTI · AD · ARTES · OPTIMAS
HISTORIARVM · REIQ · DIPLOMATICAE · PERITISSIMO
QVI · PROLE · CARENS · SVA
VXORIS · FILIOS · PATERNO · ADFECTV · COMPLEXVS · EST
CALAMITOSORVM · INOPIAE · LARGITATE · SVBVENIT
NATVS · AN · LXXXIII · M · XI · D · XVI
INSIGNI · BENEFICENTIAE · ERGA · SVOS
INOPESQVE · QVEIS · EGESTAS · PVDORI · EST
MONVMENTO · RELICTO
DEC · VIIII · K · AVG · A · MDCCCXXXXIII
ET · MARIAE · IVLIANAE · CON · VID · KAROLI · CRISTI
FEMINAE · MITISSIMAE
FIDE · COMITATE · PRVDENTIA · VIRI · SVI · AMOREM · MERITAE
VIX · AN · P · M · LXXX · EMIGRAVIT · XVI · K · IAN · A · MDCCCXXXXI
CRISTI · FRATRES · FERDINANDVS · ET · CAMILLVS
CVM · ALOISIA · SORORE
VITRICO · ET · MATRI · ANIMAB · DVLCISS · BB · MM ·
PER · VINCENTIVM · BOTTRIGARIVM · ADVOC · PATRIC · NOBILIT ·
CVRATOREM · HEREDITATIS · FIERI · CVRAVERVNT

CCCXXXXIIII.

O · S ·

THERESIAE · RIVELLIAE

PIETATE · INNOCENTIA · MATVRA · CAELO

DVODEVIGESIMVM · ANNVM · AGENS

DECESS · K · DEC · A · MDCCCXXXXII

ANTONIVS · PATER · FEC · FILIAE

LOCO · VNA · CVM · ALOISIO · FRATRE

SIBI · SVISQVE · DESIGNATO

CCCXXXXV.

CLAVDIAE · MELLONIAE

Θ · VI · K · AVG · A · MDCCCXXXXII

QVAM · IRENE · FILIOLA · TRIMESTRIS

MENS · I · ANTEGRESSA

OBVIA · EXCEPIT

ALEXANDER · DOTTIVS · MARITVS

CVM · HERCVLE · FRATRE

CINERIBVS · CONSOCIATIS · B · M · FEC ·

CCCXXXXVI.

A ☧ Ω

CLOTILDAE · FERRARIAE

PVELLAE · RARISSIMAE · INNOCENTI

AMANTISSIMAE · SVORVM

QVAE · INGENI · VI · SVPRA · SEXVM

GRAVITATE · MORVM · SVPRA · AETATEM · PRAESTITIT

CAIETANVS · FERRARIVS

CVM · MARTHA · GELTRVDA · VXORE

FECERVNT · FILIAE · CARISSIMAE · OBSEQVENTISSIMAE

ET · SIBI · ET · SVIS

HEV · HEV · CLOTILDA · ABIISTI

LACRVMAMVS · PARENTES · INFELICISSIMI

COLLACRVMANT · FRATRES

DOMINICVS · FRANCISCVS · IVLIVS · ALOISIVS

QVI · TE · NONDVM · NATAM · AN · $\overline{\text{XXII}}$

EX · INSPERATO · AMISERE · $\overline{\text{VII}}$ · EIDVS · FEBRVARIAS

AN · $\overline{\text{MDCCCXXXVIIII}}$

O · DIES · ATRA · ACERBISSIMA

CCCXXXXVII.

MARIAE · ALOISI · F · BRIZZIAE

ΠΑΣΗΣ · ΜΟΥΣΙΚΗΣ

ΜΕΤΕΧΟΥΣΗ

HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA

INTER · SODALES · PHILARMONICOS · COOPTATAE

Θ · VII · ID · IAN · AN · M · DCCC · XII

ET · ALOIS · MICH · F · GIORGIO · CON · EIVS

SCRIBAE · PRIMO · AB · ACTIS · PROV · N ·

IIII · CAL · NOV · AN · MDCCCXXXIIII · VITA · FVNCT ·

GELTRVDA · RIGHETTIA · VXOR · SECVNDA

ET · EVGENIVS · GIORGIVS

MARITO · ET · PATRI · FEC ·

PACEM · PRECATI · ANIMABVS · BENE · MERENTIB ·

CCCXXXXVIII.

CAMILLVS · GAIANIVS
SIBI · POSTERISQVE · EMIT
VII · ID · SEPT · A · MDCCCXXXXI

HEV · TV · PRIMA · CONTRA · VOTVM · COMPOSITA
CLAVDIOLA · MEA
QVAM · VIX · NATAM · DIES · XX · HOR · IIII
IMMITISSIMA · MORS · RAPVIT
XIIII · K · · FEB · A · MDCCCXXXXII

CCCXXXXVIIII.

PLACIDA · HEIC · PACE · COMPOSITVS
IOANNES · VANNINIVS
PHONASC · BASILIC · PETRONIAN ·
SACERDOS · MAXIMI · EXEMPLI
QVI · ORBITATEM · LVMINIS
AD · ANNOS · PLVRES · AEQVO · ANIMO · PERPESSVS
POST · VITAM · SANCTISSIME · ACTAM
MIGRAVIT · AD · SVP · IDIB · DEC · A · MDCCCXXXXI
AETATIS · SVAE · LXXIII
HVIC · ET · CINERES · ADSITI · IOSEPHI · VANNINI · A · LXXXIII
Θ · NONIS · IAN · A · MDCCCXXXXII

CCCL.

VINCENTIO · HANNIBALIS · F · RANVTIO · COM ·
EX · HIPPOLYTA · SEGNIA
VIRO · A · PIETATE · BENEFICENTIA
CANDORE · ANIMI · INNOCENTIA · VITAE · COMMEMORABILI
QVI · LIBEROS · IMPENSO · ADFECTV · COMPLEXVS
AD · OMNEM · VIRTVTEM · EXEMPLO · SVO · CONFORMAVIT
VIXIT · AN · XXXXI · M · VIIII · D · XVIII
DEC · IV · ID · DECEMBR · A · MDCCCXXXXI
ET · FERDINANDO · FILIO · EIVS
ADOLESCENTI · DISCIPLINIS · ADDISCENDIS · DEDITISSIMO
CVIVS · RELIGIONEM · INNOCENTIAM
ET · CVM · INDOLE · ARDESCENTE · DOCILITATEM
PARENTES · FRATRESQVE · EXPERTI · MIRABANTVR
CAELITIBVS · ADNVMERATVS · EST · VIIII · K · IVL · A · MDCCCXXXXI
CVM · EGISSET · AN · XV · M · VII · D · V · TANTVM
VALETE · MEA · DESIDERIA · VALETE
HEIC · APVD · CINERES · EVLAL · ET · HIPPOL · PROLIS · GEMMELLAE
ALT · A · I · M · II · D · XXVIII · ALT · A · I · M · III · D · XXI
QVARVM · CORPVSCVLA · A · MDCCCXXXV · CVM · LACR · CONDIDISTIS
ET · VOS · ILLACRIMANS · CONDIDI · ANNA · BIANCHETTIA
HEV · CONIVX · HEV · MATER
VALETE · VALETE · ITERVM · ANIMAE · MEAE

CCCLI.

NICOLAVS · SCARANIVS · MARCH ·

OSSA · AGNATORVM · SVORVM

EX · AEDE · QVAE · FVIT · LAVRENTI · MART ·

HVC · IN · CELLAM

QVAM · LEGITIMO · PATRONATVS · IVRE · TVETVR

TRANSFERENDA · CVRAVIT

EX · DECRETO · V · E · KAROLI · OPPIZZONI · CARD · ARCHIEP·

QVOD · DATVM · EST · V · ID · MART · A · MDCCCCXXV

CCCLII.

HEIC · FRATRI · ET · VXORI · ADSITVS · IACET

PETRVS · PICCIONVS

VIR · SPECTATAE · INTEGRITATIS

CLAVDIA · FILIA · VNICA · SVPERSTES

PATRI · FECI

QVEM · VIRTVS · ET · RELIGIO

LAVDATISSIMVM · OMNIBVS · REDDIDERVNT

VIXIT · AD · AN · LXXXVIII · M · VIIII · D · XV

NATVRAE · CESSIT · PR · K · DEC · A · MDCCCXXXXIII

CCCLIII.

FRANCISCVS · CAPELLIVS
LOCO · EMPTO
HEIC · SIBI · ET · SVIS
REQVIETORIVM · DESIGNAVIT
HEV · TV · PRIMA · HVC · INLATA · ES
VXOR · MEA · PIISSIMA · SOLLERTISSIMA
GELTRVDA · VNGARELLIA
ANNOR · LXII · EREPTA · MIHI · VI · K · MAIAS
AN · MDCCCXXXX

CCCLIIII.

CORPVSCVLA · CONDITA
MATHILDES · DIER · XXV
SVP · ADDITAE · XI · K · APR · A · MDCCCXXVII
CAESARIS · ANNICVLI · ET · MENS · X · SORORI · CONSOCIATI
PRID · K · IVN · A · MDCCCXXXVIII
ET · IVLII · DIER · XIII · FRATERCVLVM · SVBSEQVVTI
XIIII · K · DEC · A · MDCCCXXXVIIII
ALOISIVS · ZVCCHINIVS · DOCT · MATH ·
CVM · ANNA · SOLIMEIA · VXORE
ANIMVLIS · CAELESTIBVS

CCCLV.

ANTONIO · FELICIS · F · MARTINETTIO

ORIVND · EX · HELVET · NAT · BONON ·

MAGISTRO · OPERARIORVM · AD · AEDIFICIA

VIRO · INGENI · CELERRIMI

SINGVLARIS · INDVSTRIAE · SOLLERTIAEQVE

CVIVS · LABORE · SVBSTANTIA · OMNIS · DOMVI · EIVS

COMPARATA · EST

INTEGER · COMIS · SINE · FVCO

PARCVS · SIBI · ALIIS · MVNIFICVS

V · A · LXX · M · VI · D · XXIII

Θ · III · K · SEPT · A · MDCCCXXXV

IOSEPHVS · FIL ·

INLATIS · CINERIBVS · HELENAE · GALIENAE

VXS · HYACINTHI · ANGELELLI · SOCRVS · EIVS

AET · AN · LXV · M · III · D · X

VIT · FVNCT · XV · K · FEBR · A · MDCCCXII

PATRI · OPTIME · DE · SE · MERITO · PONEND · CVR ·

H · M · H H · S ·

CCCLVI.

THERESIAE · LAVRENT · F · MAIOLIAE

ANNOR · LXVI

PATIENTISSIMAE · FEMINAE

QVAE · DIRVM · MORBVM

AD · ANNOS · XV · ANIMO · AEQVISSIMO · PERPESSA

FACILI · EXITV · EMIGRAVIT · CAL · NOVEMBR ·

AN · MDCCCXXXXIII

ET · VINCENTILLO

IOAN · Θ · F · LELLIO · EX · Θ · MARIA · RIVA

INFANTVLO · DVLCI · VENVSTO

CAELITIBVS · ADDITO · PRID · K · MARTIAS

AN · MDCCCXXXXIII

ANTONIVS · PETR · ANGELIVS

MARITVS · ET · ADOPTIONE · PARENS

BINIS · FVNERIBVS · INFELICISSIMVS

P ·

CCCLVII.

IACOBO · FRANC · MARISCOTTO · BERSELLIO · MARCH ·
DOCT · DECVR · PHISICAE · REIQ · NAVTICAE · TRAD ·
QVEM · A · DOCTRINA · ET · PRVDENTIA · SPECTATVM
STANISLAVS · AVG · REX · POLON·
INTER · CONSILIARIOS · SVOS · ADSCIVIT
VIX · A · LXIIII · M · VIII · D · X · DEC · K · MART · A · MDCCLXXXX
ET · ANTONIAE · CHRISTINAE · BERSELLIAE · CONIVG · EIVS
MARIT · PRAEGRESS · XVIIII · K · IAN · A · MDCCLXXV · AET · A · XXXXII
ALOISIVS · FIL · PARENTIB · OPT · DESIDERATISS · F · C ·

CCCLVIII.

ROSAE · ANDREAE · F · MORESCHIAE
CON · ΘΘ · IRENEI · GVALANDI · DOCT · I · V ·
ET · NIC · MARCHESINI · MARCH ·
FEMINAE · INTEGERRIMAE · PIENTISSIMAE
DIRA · VI · MORBI · ABREPTAE
K · IVN · A · MDCCCXXX · CVM · ESSET · A · LXXIIII
CLEMENS · GVALANDVS · DOCT · I · V · FIL · VNICVS
MATRI · ORNATISS · B · M · LOCVM · SEPVLTVRAE · DESIGNAVI
COMMVNEMQVE · ESSE · VOLVI · MAR · VOLTAE · DOMO · BAZZANO
QVOD · FAMVLAE · DILIGENTISS · ERGA · MATREM · MEAM
OFFICIA · OMNIA · AD · EXITVM · VSQVE · IMPLEVERIT
VIXIT · A · LVI · DEC · XIIII · K · SEPT · A · MDCCCXXXV

CCCLVIIII.

CAESARILLO
INFANTI · VENVSTVLO · ADRIDENTI
QVI · VIX · NATVS · A · II
FLOSCVLI · INSTAR · ARVIT
XIII · KAL · IVN · AN · MDCCCXXXX
IOAN · PETRVS · FERRARIVS
ET · KAROLOTTA · FRANCHIA · PARENTES

PROH · DOLOR · POST · MENSES · VII · DIES · XI
ANNOS · VIX · EMENSA · XXXVIII · DIVTVRNOQ · MORBO · CONFECTA
FILIVM · SVBSEQVVTA · TV · QVOQVE · ABIISTI
KAROLOTTA · DVLCISSIMA · INCOMPARABILIS
FEMINA · IN · EXEMPLVM · PRVDENS · DOMISEDA · SOLLERS
CONTEMPTRIX · ILLECEBRARVM · OMNIVM
QVAE · LAVDE · RELIGIONIS · INNOCENTIA · VITAE
OMNIBVS · PROBATISSIMA · FVISTI
IOAN · PETRVS · FERRARIVS · FECI · MARITVS · MISERRIMVS
NOMINE · ETIAM · FRANC · KAR · THERESILLAE · CLEMENTINAE
IACTVRAM · MATRIS · OPT · INSOLABILITER · COLLACRIMANTIVM

CCCLX.

THERESIAE · MASETTIAE

ANIMAE · CARISSIMAE · SVAVISSIMAE

QVAE · VXORIS · ET · MATRIS · LAVDEM

CVM · SVMMO · DE · OMNIBVS · BENEMERENDI · STVDIO · CONIVNXIT

VINCENTIVS · FRANCESCHELLIVS · INSOLABILITER · DEFLENS

VXORI · SVAE · POS · IN · SEPVLCRO

QVOD · ET · IOAN · FRANCESCHELLIO · ET · THERESIAE · BARBIERIAE

PARENTIBVS · SVIS · FECIT

ET · FAMILIAE · VNIVERSAE

MORTEM · OBIERE · IN · PACE

VXSOR · IIII · NON · NOV · A · MDCCCXXXXIII · AET · SVAE · XXXVII

PATER · XVI · K · APR · A · MDCCCXXXVIIII · CVM · ESSET · A · LXVIIII

MATER · III · NON · IAN · A · MDCCCXXXXIIII · NATA · A · LXXXIIII

CCCLXI

HEIC · APVD · CINERES · MATRIS
FRANCISCAE · DIANAE · IOSEPHI · F · SALVATERRAE
Θ · X · K · AVG · AN · MDCCCXXXVI · AET · A · LXI · M · VI · D · XXVII
IN · PACE · ☧ · QVIESCIT
IACOBVS · KAROLI · F · MARENGHIVS
ARCHIPRESB · PER · ANNOS · V
QVEM · OMNES · CONSENTIVNT · FVISSE
IVVENEM · SANCTVM · FRVGI · ABSTINENTEM
DOCTVM · DOLI · NESCIVM
HVNC · VIRI · EMINENTISSIMI
IOSEPHVS · ALBANVS · LEG · PROVINCIAE
CENSOREM · LIBROR · AB · EXTERIS · ADMITTENDOR · ADSCIVIT
KAROLVS · OPPIZZONIVS · ARCHIEP ·
ADIVTOREM · ALTERVM · AB · EPISTVLIS · HABVIT
PROBATVMQVE · AMORE · DIGNATVS · EST
VIX · NATVS · ANNOS · XXXVII
COMITATE · INNOCENTIA · OMNIB · CARVS
VI · EID · IVN · AN · MDCCCXXXVIII · CAELITIBVS · ADDITVS · EST
EIQVE · ORDO · VNIVERSVS
CVRANTE · ANDREA · SASSOLIO · MVNICIPE
MONVMENTVM · B · M · POSVIT

CCCLXII.

A ☧ Ω

XAVERIAE · NANNIAE

VIRGINI · FRANCISCALI · VELATAE

COENOBI · QVOD · FVIT

AD · LVDOVICI · ET · ALEXI

QVAE · COENOBIO · DISSOLVTO

DOMI · PVEROS · PVELLASQ · AD · PIETATEM · INSTITVENDOS

PERVTILEM · OPERAM · NAVAVIT

NATA · ANNOS · LXII

CAELESTIA · APPETIIT · IDIBVS · AVG ·

AN · MDCCCXXXVIII

ET · MARIAE · FRANCISCAE · ANT · F · NANNIAE

SORORI · EIVS

AETATE · ANNOR · LXIII

DIEM · FVNCTAE · V · KAL · FEBR · AN · MDCCCXXXX

IOAN · BAPT · ARRIGOTTVS

ANIMABVS · PIENTISSIMIS · BENE · MERENTIBVS

IN · LOCO · A · SE · EMPTO · FECIT

CCCLXIII.

ALOISIVS · VERARDVS
HVNC · SIBI · SVISQ · AD · QVIET · LOCVM · CONSTITVIT
MOERENSQVE · EXVVIAS · INTVLIT
PETRI · FRATRIS · AET · ANNOR · XXXXI
QVEM · MORS · BIDVI · MORBO · INTERCEPIT
XI · K · NOV · A · MDCCCXXXXIII

CCCLXIIII.

CAMILLO · ET · PETRO · RIZZOLIO
FRATRIBVS · IN · EXEMPLVM · INTEGRIS
QVI · CAELIBES · DECESSERVNT
ILLE · PR · ID · MAIAS · A · MDCCCXXV
ALTER · POSTRIDIE · NON · MART · A · MDCCCXXXXIII
GELTRVDE · SOROR
GRATI · ANIMI · ERGO
FECIT · CVM · LACRIMIS

CCCLXV.

A · HEIC · IN · PACE · ☧ · QVIESCVNT · Ω

PETRVS · PETRONI · F · DALRE

RATIOCINATOR · SCIENTISSIMVS · PROBATISSIMVS

QVI · V · A · XXXIIII · M · III · D · X · DEC · K · SEPT · A · MDCCCXXXIII

CAMILLVS · INFANS · BIMVLVS

QVI · FATVM · PATRIS · ANTEVERTIT · M · VII

PETRONIVS · FILIVM · ET · NEPOTEM · SVBSEQVVTVS

PR · NON · AVG · AN · MDCCCXXVIII · AET · ANNOR · LXXXIII

HIS · ET · CINERES · ADSITI

ARCHANGELI · PETRI · F · MALAGVTI

DOCTORIS · IVRIS · CAVSIDICI

AB · ACTIS · X · VIR · ORNATVI · VRBIS . CVRANDO

QVEM · BONARVM · ARTIVM · COGNITIO · ORNABAT

RAPTVS · EST · XI · K · APR · AN · MDCCCXXIIII

QVVM · PIVS · INTEGER · EGISSET · AN · XXVIII · M · VIIII

ET · PETRI · PATRIS · EIVS

VIRI · SPECTATAE · INTEGRITATIS · ET · FIDEI

Θ · VII · ID · FEBR · A · MDCCXXX · N · A · LXXXIIII

MARIANNA · MALAGVTIA

MARITO · FILIO · SOCERO · FRATRI · ET · PATRI

O · ANIMAE · MEAE

QVO · VOBISCVM · IN · CAELIS · CONSOCIARI · DESIDERIO · EXARDESCO

CCCLXVI.

☧

A Ω

ANTONIO · VAROTTIO
NEGOTIATORI · LIBRARIO
QVI · NATVS · AN · XXXVI · M · X · D · V
DOLOR · ALOISIAE · BIGLIARDIAE · VXSORIS
DEC · PRID · KAL · MARTIAS
AN · MDCCCXXXX
CAMILLVS · VAROTTIVS
POSVIT · FILIO
KARISSIMO · OBSEQVENTISSIMO
INLATISQVE · E · CEPOTAPHIO · CINERIBVS
ANGELAE · FILIAE · EIVS
INFANTVLAE · DIEI · VNIVS · HORAR · SEXDECIM
POSTRID · KAL · IANVARIAS
AN · M · DCCC · XXXX · PRAEREPTAE
FECIT · ET · SIBI · ET · SVIS
POSTERISQVE

CCCLXVII.

MARIA · FERRARESIA
COMPOSITA · HEIC · EST
OBDORMIVIT · IN · PACE · ☧ · VI · ID · IVN ·
AN · M · DCCC · XXXXI
VINCENTIVS · CESARIVS · VXORI · OPT · F ·
IN · SEPVLCRO · QVOD · ET · SIBI · IOSEPHO · FRATRI
LIBERIS · POSTERISQ · COEMIT

CCCLXVIII.

TIBI
ALOISILLE
VENVSTISSIME · PVERORVM
CAELITIBVS · ADDITE · K · FEBR · A · MDCCCXXXV
TIBIQVE
ADELAIDILLA
INFANTI · FORMOSVLAE · ADRIDENTI
FRATERCVLVM · SVBSEQVVTA · XV · K · SEPT ·
A · MDCCCXXXVI
IOSEPHVS · NERIVS · ET · ANNA · LISIA
FECIMVS · PARENTES
VALETE · ANIMVLAE · CAELESTES · VALETE

CCCLXVIIII.

☧

SALVE · ET · VALE · AETERNVM

CLEMENTINA

ANIMA · SVAVISSIMA

EHEV · TE · INGENIOSAM · SOLLERTEM · PIAM

OPERIBVS · DOMESTICIS · PRAESTANTEM

DIRO · MORBO · SINE · QVERELA · TOLERATO

VIX · NATAM · AN · XVII

EXTINCTAM · DEFLEVIMVS

VI · KAL · OCT · AN · MDCCCXXXX

IOSEPHVS · MACCAGNANIVS

ET · IOSEPHA · VOCHEZER · PARENTES

FECIMVS · DELICIO · NOSTRO

ET · IOSEPHI · AVVNCVLI · DOMVSQ · VNIVERSAE

FILIA · EXVVIIS · TVIS

HEIC · ET · NOSTRAE · CONSOCIABVNTVR

O · VTINAM · ET · IN · CAELIS · ANIMAE · CONSOCIENTVR

CCCLXX.

HEIC · ET · MATRI · VTI · PRAEOPTAVERAT · ADSITVS

PHILIPPVS · IOAN · BAPT · F · BENACCIVS

VIR · A · CONSILIO · PIETATE · ET · MORIBVS · COMMENDATVS

IN · REB · PVB · ET · FAMILIARIB · AGEND ·

SOLLERS · INTEGERRIMVS

VIX · A · LXV · DEC · XI · K · OCT · A · MDCCCXXXX

BIRGITTA · CONTIA · VXS · MOESTISS ·

ANNO · II · AB · EIVS · INTERITV · DVMTAXAT

HERES · INSTAVRATA

MARITVM · OPT · CONCORDISSIMVM

E · COEMETERIO · PONTICVLI · D · P · S · HVC · INFEREND · CVR ·

CCCLXXI.

ANASTASIAE · ZVNARELLIAE
FEMINAE · PIAE · DOMISEDAE · PRVDENTI
Q · V · A · P · M · XXXVIII
DEC · NONIS · SEPT · A · MDCCCXXXXIII
IACOBVS · GVERMANIVS · MARITVS
DOLENS · ANIMO · POSVI
TECVM · O · BONA · ADQVIESCAM

CCCLXXII.

LEO · MERLANIVS · HEIC · DEO · PROPITIO
EGO · MEIQVE · ERIMVS
COEMI · AN · MDCCCXXXXII

DORMIT · IN · PACE
IVLIANA · IAC · F · RIZZOLIA · IOS · MERLANI · VXS ·
QVAE · PIA · VIXIT · A · LXIIII
DESIDERATA · EST · III · ID · OCT · A · MDCCCXXXXIIII

CCCLXXIII.

ELISABETHAE · AVG · F · AMBROGIAE

VXORI · OPT · MATRI · INCOMPARABILI

QVAE · VIXIT · AN · LXII · M · VII · D · V

VALETVDINEM · TOTO · FERE · VITAE · CVRSV · PERPESSA

RARISSIMVM · PATIENTIAE · EXEMPLAR

CAELVM · PETIIT · XVI · KAL · IAN · A · MDCCCXXXX

LAVRENTIVS · MAZZONIVS

CINERIBVS · INLATIS · PEREGRINAE · SORORIS · EIVS

FEMINAE · INTEGRAE · PIENTIS

AET · AN · P · M · LXVI · VITA · FVNCT · FEBR · A · MDCCCXXXVIIII

ET · HIERONYMILLI · CAES · F · MAZZONI

IN · IPSO · VITAE · EXORDIO · AVIAM · SVBSEQVVTI

III · NONAS · FEB · A · MDCCCXXXVIII

CONIVGI · DVLCISSIMAE

INGENTI · MOERORE · CONFECTVS · P · C ·

CCCLXXIIII.

CAMILLO · IOAN · BAPT · F · GAMBERINIO
ET · ROSAE · ARCHANGELI · F · MONTIAE
CONIVGIBVS · ANTIQVAE · PROBITATIS
SINGVLARIS · IN · LIBEROS · ADFECTVS
QVEIS · RELLIGIO · PIETAS · BENEFICENTIA
PERPETVO · ADHAESERE
NAT · HAEC · AN · XXXVII · OBITVM · MARITI · ANTEVERTIT
NON · SEPT · AN · MDCCCXVI
NAT · ILLE · AN · XXXXVII · VXOREM · SVBSEQVVTVS · EST
X · KAL · SEPT · AN · MDCCCXX
GAMBERINI · FRATRES · FRANCISCVS · DOCT · I · V ·
ET · ARCHANGELVS · CAN · BASILIC · PETRON ·
PARENTIBVS · AMANTISSIMIS
HEV · NIMIS · CITO · ABREPTIS
POSVERVNT
DONICVM · VITA · MANSERIT · DEFLETVRI

O · IESV · REDEMPTOR
PARENTVM · PIENTISSIMORVM · DA · VIRTVTES · REFERRE
VT · ET · IN · CAELIS · CONSOCIARI · DATVM · SIET

CCCLXXV.

HEV · IACET · HEIC
VINCENTIVS · NANNINIVS
ADOLESCENS · ANNOR · XVII
CVLTOR · EXIMIVS · MARIAE · MAGNAE · GENITRICIS · DEI
QVEM · MORES · OPTIMI · KARVM · OMNIBVS · FECERVNT
ANGELA · RICCIA · FECI · FILIO
QVO · VNICO · VIRO · NATORVMQVE · OMNIVM · IACTVRAM · SOLABAR
OBIIT · VIIII · K · APR · A · MDCCCXXXXII

ANGELA · RICCIA
HEIC · SITA · SVM
VIXI · AN · LI · M · VII · D · III
DE · INTERITV · FILI · MEI · VSQVE · ET · VSQVE · MOERENS
POST · AEGROTATIONEM · MENS · VI
LIBENS · EMIGRAVI · VI · K · NOV · A · MDCCCXXXXII
GRATES · O · BONE · DEVS
CONSOCIOR · FILIO
DVLCISSIMO · CONCORDISSIMO

CCCLXXVI.

MATHILDE · DOMINICI · F · ANTONELLIA
HEIC · SITA · SVM
QVAE · DOMVM · CVRAVI · CONIVGEM · IMPENSISSIME · DILEXI
VIXI · AN · P · M · LVI
DECESSI · V · ID · NOV · AN · MDCCCXXXX
SALVATOR · DITTAMANIVS · MARITVS
PLORANS · ME · COMPOSVIT
IN · SEPVLCRO · QVOD · ET · SIBI · FECIT

CCCLXXVII.

A ☧ Ω
MARIAE · ANGELAE · BOLOGNINIAE
DOMINICVS · EVCHERIVS · MARCHIGNOLIVS
MATRIFAMILIAS · OPTVMAE
VXORI · FIDELISSIMAE
QVACVM · DVLCITER · VIXIT · AN · XXXX · M · VI
MON · TESTEM · AMORIS · FECIT
DEC · VII · KAL · NOV · A · MDCCCXXX · IN · PACE

HVIC · ET · ADSITVS
IPSE · DOMINICVS · REI · AGRARIAE · SCIENTISSIMVS
POSTRID · K · MAIAS · VXOREM · SVBSEQVVTVS

ET · CVM · PARENTIBVS · COMPOSITVS
CAIETANVS · Θ · NON · NOV · A · MDCCCXXXII

CCCLXXVIII.

BONIFATIO · INNOCENT · F · ZANARDIO · SAC ·

QVI · VIC · MVNERE

Θ · ALOIS · CAPELLIO · ET · AVG · RICCIO · CVRIONIB ·

AD · NICOL · VIA · FELIC · PER · A · XVI · FVNCTVS

ET · A · SACRIS · ERGASTVLI · CLVSARIS

ADOLESCENTIVM · CRIMINIB · COERCENDIS · RENVNCIATVS

MVNERA · OMNIA · SANCTE · OBIVIT

IDEM · IN · CATECHESI · CHRIST · PER · DIALOGVM · TRADEND ·

MIRE · VALVIT

VIXIT · A · LXVIIII · DEC · XI · K · APR · A · MDCCCXXXXII

AVG · RICCIVS · CVR · HEIC · AD · SEPVLCRVM · AMICI · EIVS · FEC ·

DEQ · PEC · S · TITVLVM · B · M · INSCRIBI · IVSSIT

CCCLXXVIIII.

ALBERTO · PEDERZOLIO

PVERO · ANNOR · X

QVI · GRAVI · MORBO · IMPLICITVS

EPVLI · MYSTICI · PARTICEPS · PRIMVM · FACTVS

LIBENS · CAELESTIA · APPETIIT · XV · K · FEB·

ANNI · MDCCCXXXX

NVNC · SVBSEQVVTVS · KAL · NOV · A · MDCCCXXXXI

EODEMQVE · SEPVLCRO · CONDITVS · EST

ALOISIVS · PATER · EIVS

QVI · INTEGER · VIXIT · AN · LII

LAVRENTIVS · PEDERZOLIVS

NEPOTI · ET · FRATRI

COLLACRVMANS · FECIT

AVETE · ANIMAE · KARISSIMAE · AETERNVMQ · VALETE

CCCLXXX.

A ΙΧΘΥΣ Ω

COMPOSITVS · HEIC · EST · IN · PACE · ☧

QVEM · VIVENS · COLVIT

FERDINANDVS · NOHEMI · F · RAMBALDVS

CON · THERESIAE · BASSIAE

VIXIT · A · LXV

MORTEM · PIVS · OPPETIIT · VIIII · K · IVN · A · MDCCCXXXXIII

ANGELVS · FILIVS

PATREM · CONDIDIT · IN · REQVIETORIO · SVORVM

CCCLXXXI.

REQVIESCE · CVM · TVIS

SEBASTIANE

QVI · MIHI · LIBERIS · EGENIS

NVNQVAM · CARITATE · CONSILIO

CVRIS · OPIBVS · DEFVISTI

IACOBVS · SALVIVS · FRATER · FECI · TIBI

HEV · MIHI · MEISQVE · RAPTO

AET · ANNOR · XXXXII · VI · K · DEC · AN · MDCCCXXXXIIII

QVI · TRANSIS · DICITO

MORTVVS · EST · IVSTVS

IN · PACE · FACTVS · EST · LOCVS · EIVS

ET · HABITATIO · EIVS · IN · SION

CCCLXXXII.

HEIC · SITI · SVNT · IN · PACE · ☧
IOAN · DIDACVS · FRANC · F · FRANCHINIVS · CON · MAR · CATH · POLIAE
DOMO · LOIANO · IN · TERRIT · N ·
VIR · INTEGERRIMVS
MVNERIBVS · PVBL · DOMI · IN · EXEMPLVM · FVNCT ·
VIX · A · LXVIII · M · VI · D · XI · DEC · NON · IAN · A · MDCCCXXXX
ET · IOAN · PAVLLVS · FILIVS · EIVS
OBSEQVIO · IN · PARENTES · PIETATE · IN · OMNES · EXCELLENS
AET · ANNOR · XXXXII · M · VII · D · V
VITA · FVNCT · PR · ID · IVN · A · MDCCCXXXXI
ET · CVM · AVO · ET · PATRVO · SITA
ORMISDA · FRANCISCI · F · FRANCHINIA
IAM · AMOR · NVNC · LVCTVS · PARENTVM · QVI · EAM
BLANDVLAM · OBSEQVENTEM
TRIMAM · LVXERVNT · AMISSAM · III · NON · SEPT · A · MDCCCXXXX

HIS · ET · CINERES · ADSITI
DOMINIC · ANT · PETRI · F · GNVDI · CON · ALOIS · FRANCHINIAE
PROPOLAE · DVLCIORVM · ET · POTIONVM · DELICIOSARVM
Q · N · A · P · M · XXXXIII · DEC · IIII · NON · IVN · A · MDCCCXXXXIII

CCCLXXXIII.

MEMORIAE · ANIMARVM · PIENTISSIMARVM

ALOISII · MARIANI · F · ANGIOLINI

ANNOR · LXXVI · M · IIII · D · XV

QVI · OBIIT · VIII · EID · IAN · A · MDCCCXXXIII

ET · ROSAE · DOMINICI · F · NALDIAE

ANNOR · LXXXII · M · VI · D · XVIIII

MARITVM · POST · AN · VII · M · XI · D · XXII · SVBSEQVVTA

HIERONYMVS · ANGIOLINIVS

MOERENS · FECIT · PARENTIB · OPTIMIS

QVI · DIVTVRNITATEM · VITAE

PERPETVA · VIRTVTE · AEQVAVERVNT

CCCLXXXIIII.

SEBASTIANVS · NANNIVS
MON · SIBI · POSTERISQ · DE · SVA · PEC · F ·
ET · VINCENTIVM · ZAMBELLIVM
FAMVLVM · SVVM · DILIGENTISS ·
QVI · VIX · A · P · M · LXII
CAELEBS · EXCESSIT · NON · APR · A · MDCCCXXXXII
OMNIVM · PRIMVM
PIETATIS · ERGO · INFERENDVM · CVRAVIT

CCCLXXXV.

FELIX · ZVCCHINIVS
INFANS · QVADRIMVS · HEIC · SITVS · SVM
MENSVRAM · NOMINIS · IMPLEVI · III · NON · SEPT · A · MDCCCXXXVII
IOAN · KAR · ZVCCHINIVS · DOCT · MATH ·
ET · ANGELA · MAR · CATTALDIA · PARENTES
OSSICVLA · MEA · COMPOSVERE
AD · SEPVLCRVM · AEMILIAE · SORORCVLAE
IN · ASTRA · PRAEGRESSAE · IIII · EID · FEBR · A · MDCCCXXX

CCCLXXXVI.

A ☧ Ω

MARIANNAE · CONTOLIAE

PVELLAE · ANNOR · XV

RAPTAE · VII · EID · APR · AN · MDCCCXXXIII

KAROLVS · CONTOLIVS · ADV · FISC ·

APVD · IVDICES · LITIBVS · VLTIMA · ADPELLATIONE · DIRIMENDIS

FILIAE · CONTRA · VOTVM · POS ·

HEV · MARIANNA · HEV · SOLATIVM · MEVM · OCCVBVISTI

TE · MORIBVS · INTEGRAM · INDOLE · MITISSIMAM

INNOCENTIA · RELIGIONE · DOCILITATE

MIHI · MEISQVE · OMNIBVS · PROBATAM

PERFECTAEQVE · VIRTVTIS · STVDIO

IN · DIES · EXARDESCENTEM

IN · IPSO · AEVI · FLORE · ILLACRIMOR · ABREPTAM

ILLACRIMABOR · DVM · VIVAM

DONICVM · HEIC · TECVM

IN · PACE · ☧ · DORMIAM · ET · REQVIESCAM

CCCLXXXVII.

OSSA · HEIC · BENE · QVIESCANT · TVA

CAESAR · ZANETTI

PATER · INDVLGENTISSIME

QVI · PROBVS · IN · EXEMPLVM

CAELESTIA · PETIISTI · POSTRID · KAL · IANVARIAS

AN · MDCCCXXXXI

RAPHAEL · ZANETTIVS · FIL ·

FECI · TIBI

VNAQVE · TECVM · COMPOSVI

ANTONILLVM

DESIDERIVM · MEVM · ET · IOANNAE · LELLIAE · MATRIS

QVEM · NATVM · AN · VI

OBVIVS · EXCEPISTI · PR · K · FEBR · A · MDCCCXXXXII

AVETE · ANIMAE · DESIDERATISSIMAE

VESTROSQVE · OMNES · CAELESTI · EXORATA · OPE · IVVATE

CCCLXXXVIII.

A ☧ Ω

CINERIBVS · CONSOCIATIS

VBALDI · ANT · F · VECCHI

VIRI · MVNIFICI · SAPIENTIS · RELIGIOSI

DE · CONIVGE · DE · LIBERIS · DE · EGENIS · OPTIME · MERITI

QVEM · NATVM · A · P · M · LXVIIII

BONI · OMNES · LVXERVNT · ADEMPTVM · K · NOV · A · MDCCCXXXXI

ET · LVCIAE · ANGELIAE · CONIVGI · EIVS

MARITVM · PRAEGRESSAE · DIES · XXIIII · N · A · LV

XAVERIVS · ALOISIVS · STANISLAVS · FILII

ANIMABVS · PIENTISSIMIS · IN · PACE

CCCLXXXVIIII.

PAVLLVS · BONAIVTIVS
LAVRENTIO · FILIO · NATV · MAIORI
VIT · FVNCT · POSTRID · ID · FEBR · AN · MDCCCXXXX
AETAT · ANNOR · XXXVII
AMORIS · PIETATISQVE · CAVSSA · FECIT
QVOD · SIBI · FACIENDVM · FVERAT
O · FILI · HEIC · EGO · MEIQVE · TECVM · ERIMVS

CCCLXXXX.

HEIC · VNO · FVNERE · ELATI
IN · PACE · QVIESCVNT
CONSTANTIA · VENTVROLIA
ANNOR · XXIIII · MENS · II
QVAE · MEA · FVIT · AN · I · M · VIII · D · II · TANTVM
RAPTA · EST · PRID · CAL · MART · AN · MDCCCXXXX
ET · FRIDERICVS · FILIOLVS · DIER · X
PRIDIE · MATREM · ANTEGRESSVS
CAESAR · LEONIVS
VT · MARITVS · ITA · PATER · INFELIX
P · CONTRA · VOTVM
VALETE · MEA · DESIDERIA · VALETE

CCCLXXXXI.

ALOISIVS · BEDETTIVS
CVM · AVGVSTINO · IOSEPHO · SAC · FRANC · RAPH · FILIIS
ET · IOSEPHVS · PONTIVS
REQVIETORIVM
QVO · IPSI · SVIQVE · INFERRENTVR
VIVENTES · COMPARAVERVNT
PRIMA · INLATA · EST · THERESIA · BVGAMELLIA · ALOIS · S · S · VXOR
QVAE · INDOLEM · NACTA · MITEM · SVAVISSIMAM
IVCVNDA · SVIS · OFFICIOSA · OMNIBVS · FVIT
VIXIT · AN · LVIII · Θ · XII · K · NOV · AN · MDCCCXXVII
ET · CVM · AVIA · COMPOSITVS · IOSEPHILLVS
QVI · DOCILITATE · ET · INGENIO · MAGNA · DE · SE · SPE · EXCITATA
HEV · VIX · ANNOR · XVI · M · IIII · D · III
PARENTES · SVOS
IN · MOERORIBVS · LIQVIT · K · DEC · A · MDCCCXXXXI
DICITE · O · QVOTQVOT · HVNC · SEPVLCRI · LOCVM · INVISITIS
PIE · IESV
FAMVLIS · TVIS · VNA · HEIC · IN · TE · QVIESCENTIBVS
CAELESTIS · AEVI · BEATITATEM · PROPERATAM
DIVINITVS · IMPARTITOR

CCCLXXXXII.

ALOISIAE · ET · CAESARILLAE
ANTONIVS · ORSONIVS · CVM · THERESIA
H · M · C · L · F · C ·
FILIABVS · DVLCISSIMIS
AMORI · NOSTRO · SVRREPTIS
ALT · IIII · EID · IVN · A · MDCCCXXXI · ANNOR · XI
ALT · XVIII · K · OCT · A · MDCCCXXXI · NAT · AN · VI
AVETE · MELLITVLAE · IN · PACE

CCCLXXXXIII.

IOSEPHVS · FELLETTIVS
LOCVM · AD · QVIETEM · CORPORVM
HEIC · MIHI · MEISQVE · COEMI
TEQVE · MATREM · DVLCISS · INCOMPARABILEM
ROSAM · FVLVII · F · BARILLARIAM
NATAM · AN · LXVII
VITA · FVNCTAM · XIII · K · APR · A · MDCCCXXXX
OMNIVM · PRIMAM · MVLTIS · CVM · LACR · CONDIDI

CCCLXXXXIIII.

SITVS · EST · IN · PACE
ALOISIVS · MARCHIVS
IN · PHARMACEVTICIS · STVDIIS · APPRIME · VERSATVS
VIR · ABSTINENS · MANSVETVS
CARISSIMVS · AMICIS
QVI · CVLTVM · DEI · OMNIPOTENTIS · CAELITVMQ · SANCTORVM
OMNI · OPE · PROVEXIT
N · AN · LVIIII · Θ · V · K · MART · AN · MDCCCXXXVIIII
AGATHA · BERTIA · CON · OPT · P ·
HEIC · ET · IPSA · COMPOSITA · AGATHA · KAR · F · BERTIA
FEMINA · FRVGI · COMIS · DOMISEDA · PIENS
AETAT · ANNOR · LXXX
MARIT · SVBSEQVVTA · VII · EID · DEC · AN · MDCCCXXXXIIII
MOTANARI · FRATRES
IOSEPHVS · PROTONOT · APOST · CAN · TEMPL · MAX ·
ET · MAVRVS · DOCT · I · V ·
ALOIS · MARTINELLIVS · ET · ROSA · SOR ·
HEREDES · PROPRIETARII
CVM · ANGELO · MARTINELLIO · HERED · VSVFRVCT ·
EX · QVINCVNCE
B · M · POS ·

CCCLXXXXV.

ANTONIO · IOAN · F · VECCHIO
EX · MAR · BENVENVTIA
IMMOBILIS · FIDEI · VIRO
SECTATORI · PARTIVM · OPTIMARVM
PATRIFAM · INDVSTRIO · FRVGI · PERAMANTI
QVI · EGENORVM · INOPIAM · DVM · VIXIT
EFFVSA · CARITATE · SVBLEVAVIT
DIVTINO · MORBO
AEQVO · ANIMO · CONFLICTATVS
ADQVIEVIT · K · NOV · A · MDCCCXXXXIIII
QVVM · EGISSET · ANNOS · LXI
LAVRENTIVS · ET · ANDREAS · FILII
PATRI · BENEMERENTI
IN · DOMESTICO · SEPVLCRO · FECERVNT

CCCLXXXXVI.

CATHARINA
ALOISI · F · GRAMIGNIA · COM · H · S · E ·
IOSEPHVS · VANDVZZIVS
IN · SEPVLCRO · QVOD · MIHI · EMERAM
ILLACRIMANS · FECI · VXORI · MEAE
QVAM · NATAM · ANNOS · P · M · LXV
AMISSAM · LVXI · IDIB · DECEMBR ·
AN · MDCCCXXXXII
SICCINE · SEPARAS · AMARA · MORS

CCCLXXXXVII.

MARANESII · FRATRES
ALOISIVS · ET · FRANCISCVS · DOCT · MATH ·
LOCO · AD · QVIETEM · SIBI · SVISQVE · CONSTITVTO
ANNAM · VCCELLIAM · ANNOR · LXXVII
Θ · VIII · ID · SEPT · A · MDCCCXXV
ET · PAVLLVM · MARANESIVM · ANNOR · LXIIII
Θ · XIII · K · AVG · A · MDCCCXXXVIII
PARENTES · AMANTISSIMOS · CONDIDERE
VALETE · O · BONI
QVOSQVE · IDEM · AMOR · AD · CONCORDIAM · ALVIT
EADEM · TEGAT · HVMVS

CCCLXXXXVIII.

ROSALIAE · SEBASTIANI · F · FREGNIAE

CON · VID · MARII · ANT · FABBRI · PATRIS

Θ · PR · K · NOV · A · MDCCCXXXVII · AET · AN · LVIIII

ET · ROSAE · CAMILLI · F · MINARELLIAE

VX · IOAN · BAPT · FABBRI · FIL ·

Q · V · A · XXXVIIII · Θ · K · IAN · A · MDCCCXXXXIIII

RELICTO · MARITO

ET · MARIANNA · VICTORIA · ALFONSO · HERCVLE

ET · OCTAVILLA · NONDVM · BIENNI

FILIIS · INFELICISSIMIS

AVE · MATER · MIHI · PIENTISSIMA

TVQVE · AVE · CONIVX

PER · QVAM · VOLVPE · MIHI · ERAT · VIVERE

TE · ABEVNTE · NVLLVM · RESTAT · SOLATIVM · MISERO

NVLLVM · FILIOLIS

DVLCISSIMAM · ANIMAM · DVLCESQVE · SERMONES · TVOS

HEV · GEMINATO · CLAMORE · REQVIRENTIBVS

CCCLXXXXVIIII.

REQVIESCE · ANTONI
IN · SEPVLCRO · QVOD · MIHI · CONSTITVERAM
ALOISIVS · VITALIVS
PATER · INFELIX
QVI · PRIVS · MORI · DEBVI

CCCC.

OSSIBVS · REVICTVRIS
CORNELI · ZVRLAE
ADLECTI · INTER · SIMPHONIACOS · BASILIC · PETRONIAN ·
ET · ROSAE · SARTIAE
CONIVGVM
VTRORVMQVE · INTEGRITATIS · SINGVLARIS
MARITVS · VIXIT · AN · LXXXI · DEC · III · ID · FEBR ·
AN · MDCCCXXXXI
VXOR · VIXIT · AN · LX · DEC · X · CAL · IVL · AN · MDCCCXXI
HEIC · ET · CORPORA
ANTONI · CASANOVAE · ET · MARIAE · SARTIAE · VXS ·
E · LOCVLIS · SVIS · TRANSLATA
REDITVM · AD · VITAM · EXPECTANT

EPITAPHIA PVERORVM ET PVELLARVM

cccci.

AVE · ET · VALE · ANIMA · SVAVISSIMA
GREGORILLE
TV · LVX · TV · AMOR · PARENTVM · ERAS
QVEIS · TANTAM · TVI · SPEM · FECERAS
TV · DELICIVM · PRAECEPTORVM · TVORVM
QVI · TE · SVPRA · AETATEM · SEDVLVM · PIVM
MERITO · DILEXERVNT
AT · HEV · VIX · OCTENNIS · MENS · V · DIER · VI
VELVTI · FLOS · SVCCISVS · ARATRO
CAIETANO · MORONIO · ET · CLEMENTINAE · VERDESIAE
PARENTIBVS · INFELICISSIMIS · RAPTVS · ES
XI · K · SEPT · A · MDCCCXXXXII
O · DIES · QVA · TE · GEMMVLA · NOSTRA
ATROX · ADEO · MORS · SVSTVLIT

CCCCII.

ALFONSILLA · NANNIA

PVELLA · TRIMA

HEIC · COMPOSITA · EST

VENERARE · HOSPES · OSSA · CAELICOLAE

RAPTAE · IN · COELVM · K · NOV · A · MDCCCXXXX

CCCCIII.

PIA · ALFONSILLA · DELICIVM · VNICVM

KAROLI · SIBAVD · ET · BARBARAE · VERARDIAE

COMPOSITA · HEIC · EST

VIXIT · D · XXVIII · RAPTA · EST · XVI · K · AP · A · MDCCCXXXXIII

PROH · PARENTES · MISERI

TANTVS · AMOR · SOLAS · LACRIMAS · PEPERIT

CCCCIIII.

DA · LACRIMAS · HOSPES

ALFONSILLVS

FLOSCVLVS · PVERORVM

SITVS · HEIC · EST

QVI · FRONTEM · OCVLOSQVE · TECTVS

CVM · AMICVLIS · SECVM · INVICEM · PETENTIBVS · LVDENS

CRVRE · FRACTO · EOQVE · APTE · COLLOCATO

DVM · SPEM · SVI · RECIPIVNDI · FACERET

HAEMOPTYSI · CORREPTVS

ALOISIO · VERATIO · ET · ANNAE · MENGOLIAE

HEV · PARENTIBVS

OCTENNIS · SVBLATVS · EST · K · MART · A · MDCCCXXXVII

CCCCV.

ROSAE · LELLIAE
QVAM · MALAE · PVSVLAE · PEREMERVNT
XV · IAN · AN · MDCCCXXXVIII
PROH · IENNER
ARTEM · TVAM · NE · DESPICERENT
PARENTES

CCCCVI.

HIC · IACET · CAECILIA
PROLES · PRIMA
IOAN · LODI · ET · MAR · FERRIAE
VIXIT · HORAS · XXI
DEC · PRID · K · FEBR · A · MDCCCXXXXII
O · QVAE · MALORVM · NESCIA
VIX · NATA · RITEQVE · LOTA
CAELITIBVS · CONSOCIATA · EST
ESTO · MEMOR · NOSTRI · QVI · TE · CAELO · GENVIMVS

CCCCVII.

THERESILLAE · INFANTI · TRIMAE

RAPTAE · III · ID · MART · A · MDCCCXXXXIII

LVCIVS · BELLIVS · ET · MAR · FACCIA · PARENTES

FECIMVS · EX · INSPERATO

AVE · ANIMVLA · NOSTRA · AVE

AVETE · AVETE · PARENTES · QVI · ME · CAELO · GENVISTIS

CCCCVIII.

STANISLAILLVS

INFANS · ANNICVLVS · H · S · E ·

PETRVS · GITTIVS · ET · ROSA · RABBIA

FEC · FILIO

ANGELORVM · CHORIS · ADDITO · K · IVN ·

A · MDCCCXXXVIIII

REDEMPTOR · HOMINVM · DEVS

CORCVLVM · NOSTRVM

NOS · IN · CAELIS · DA · REVISERE

CCCCVIIII.

LAVRENTILLE

AMOR · TVORVM

HEIC · REQVIESCE

PAVLLVS · FARNE · ET · CLAVDIA · FERRARIA

ISSVLO · NOSTRO · FECIMVS

AET · ANNOR · VIII

V · K · NOV · A · MDCCCXXXXIIII

ABREPTO · IN · CAELVM

CCCCX.

FERDINANDO

CVIVS · ANIMVLA

CAELITIBVS · CONSOCIATA · EST

III · EID · OCT · A · MDCCCXXXX

PHILIPPVS · SANTIVS · ET · ANNA · LODIA

FILIO · ANNICVLO · ET · BIMESTRI · FEC ·

CCCCXI.

HERMINIA · PVELLA · QVADRIMA · HEIC · SITA · SVM
IOANNES · FERRARINIVS · PATER
COLLACRVMANS · CINERIBVS · MEIS · FECIT
V · ID · MAIAS · A · MDCCCXXXVIIII
PATER · COHIBE · LACRIMAS · BEATA · SVM

CCCCXII.

DA · VIOLAS · HOSPES
HEIC · DORMIT · ELISA · AMOR · ET · DELICIVM · SVORVM
QVAE · AETATEM · INGENIO · ET · MORIBVS
LONGE · LONGE · VICERAT
NATA · AN · VI · M · XI · D · IIII
RAPTA · EST · V · IDVS · IAN · AN · MDCCCXXXXIII
MARCO · CAZZANIO · DOCT · MED · ET · LAVRAE · COMELLIAE
PARENTIBVS · INFELICISSIMIS
HEV · A · NOBIS · CVR · TAM · CITO · AVOLASTI
DVLCIS · FESTIVA · INNOCENS
FLOSCVLE · PVELLARVM

CCCCXIII.

☧ ☧

HENRICILLVS · INFANS · QVADRIENNIS

RAPTVS · XVI · K · FEBR · A · MDCCCXXXXI

H · S · E ·

AEGIDIVS · ROMAGNOLIVS

CVM · KAROLINA · BRAGAGLIA

PARENTES · COMPOSVIMVS

DORMI · HENRICILLE · IN · PACE

CCCCXIIII.

THOMILLVS · CRISPIVS · ANNICVLVS

HEIC · SITVS · SVM

DOLOR · FVI · MEORVM · XV · K · FEBR · A · MDCCCXXX XIII

NEFAS · MISELLVM · ME · VOCARE · PARENTES

BONIS · QVI · FRVOR · CAELESTIVM

CCCCXV.

DATE · FLORES · CINERI

LEONARDILLI · CONTI

INFANTIS · DIER · III

QVEM · VIX · OSTENSVM · TERRIS

SOCIVM · SIBI · CAELESTES · OPTAVERE

KAL · NOV · A · MDCCCXXXVIIII

CCCCXVI.

SEBASTIANILLE

OCCELLE · NOSTER

HEV · IACES · HEIC

PROH · DIES · XII · K · DEC · A · MDCCCXXXII

QVA · TE · VIX · QVADRIMVM · EXTINCTVM · LVXIMVS

AIETANVS · ZVCCHINIVS · ET · LVCIA · LVNAZZIA · PARENTES

CCCCXVII.

ARISTIDES · PVER · MENSIVM · X
Θ · IIII · K · DEC · A · MDCCCXXXX
HEIC · SITVS · SVM
CAIET · FARINIVS · ET · LVCIA · DODIA
ME · CVM · LACRIMIS · CONDIDERE
NE · FLETE · PARENTES · CHORIS · BEATIS · MISCEOR

CCCCXVIII.

CLEMENTILLAE · PVELLAE · ANNOR · VII
IOSEPHVS · SVPPINIVS · CVR · FAMILIARICVS
DOMVS · MISERAE · PLEBIS · RECIPIENDAE · TVTAND ·
CVM · ANNA · TRENTIA · VXS ·
FECIMVS · FILIAE
SCITVLAE · SVPRA · AETATEM
VENVSTVLAE · OBSEQVENTI
PRAEREPTAE · NOBIS · IDIB · NOV ·
AN · M · DCCC · XXXXIII
O · DIES · ATRA

CCCCXVIIII.

OSSICVLIS · ET · CINERIBVS

ALFONSAE · VECCHIAE

PVELLAE · KARISSIMAE

QVAE · MVSICEN · CALLVIT · POESIM · ADAMAVIT

NVMERVM · SVBTILITER · EXEQVVTA · EST

QVADRIMESTRI · MORBO · TENTATA

INFIRMITATEM · SVAM

NE · PARENTVM · DOLOR · RECRVDESCERET

ALACRI · ANIMO · DISSIMVLANS

AD · SVPERVM · COMPLEXVS · ADVOLAVIT

XIIII · K · OCT · A · MDCCCXXXX

EDVARDVS · VECCHIVS · CVM · CLAVDIA · FERRIA

FEC · FILIAE · RAPTAE · AET · AN · X

CCCCXX.

HEIC · COMPOSITVS · INFANS

PROLES · TERTIA

LVCII · NALDI · ET · MARIAE · NERIAE

QVEM · VIX · NATVM · ET · RITE · ABLVTVM

CAELESTES · IN · CAELVM · RAPVERE

XII · K · OCT · A · MDCCCXXXX

FELIX · QVI · VITAE · MALA · NON · SENSISTI

CCCCXXI.

MARIANILLAE

INFANTI · DIER · XII

OSCVLIS · MATRIS · ABREPTAE

VII · EID · MART · A · MDCCCXXXXI

FRANC · FANTICINIVS · ET · ANNA · CARDINIA

PARENTES

SOLATIO · SVO

CCCCXXII.

AVE · DVLCIS · EMMA
AVE · O · ET · SOLATIVM
ET · DVLCE · DECVS · VIDVITATIS · MEAE
HEV · QVAM · DOLENTEM · LIQVISTI
IVLIAM · MARENGHIAM · CON · Θ · ANT · SOLLIERI
QVAE · HEIC · FLORIBVS · SPARSOS
CINERES · TVOS · COLLACRVMANS · CONDIDIT
IDIB · FEBR · A · MDCCCXXXXI
EMMA · EMMA · SI · QVOD · PRAEMIVM · MATRI · AMANTI · EST
VOCA · CLAMANTEM · CVI · DVLCIOR · MORS · SINE · TE

CCCCXXIII.

MAXIMINO · PVERO · INNOCENTI
QVEM · PRAECLARA · IAM · INGENIO · POLLICENTEM
VTI · SEMPER · SAPERET · CAELESTES · RAPVERE
PRID · NON · SEPT · A · MDCCCXXXVIII
QVVM · AGERET · A · XI
PHILIPPVS · MINELLIVS · MATHEMATICVS
CVM · IMELDA · TREBBIA · PARENTES
DELICIO · SVO

CCCCXXIIII.

GELTRVDILLA

SEBASTIANI · FABRI · ET · PAVLAE · BAGNOLIAE · F ·

HEIC · SITA · SVM

VIXI · AN · II · CAELVM · PETII · K · IAN · A · MDCCCXXXX

DELICIVM · FVI · PARENTVM

QVI · ME · MVLTIS · CVM · LACRIMIS · CONDIDERVNT

CCCCXXV.

IACENT · HEIC · EXVVIAE

AT · EVOLAVIT · AD · SVPEROS · ANIMA

LEONARDILLI

INFANTIS · BIMVLI

ALACRIS · FESTIVI

QVEM · XAVERIVS · POLETTIVS · ET · MARIA · BENNIA

EXTREMO · AMORIS · PIGNORE · PROSEQVVTI · SVNT

XV · K · IVN · A · MDCCCXXXXIIII

CCCCXXVI.

ALOISILLO

INFANTI · BIMVLO

RAPTO · IN · CAELVM · IV · K · OCT ·

A · M · DCCC · XXXX

IOANNES · RVGGERIVS · ET · MARIA · ZELLINIA

FECIMVS · PARENTES

CCCCXXVII.

HIERONYMILLO

PVERO · SVPRA · AETATEM · SCITVLO

IN · CAELVM · EVECTO · IDIB · IAN · A · MDCCCXXXV

HERCVLES · BOLDRINIVS · ET · LVCIA · BRIZZIA

FECERVNT

VALE · GEMMVLA · NOSTRA · VALE

CCCCXXVIII.

THOMILLO

INFANTI · ANNOR · IIII

CAESAR · RVBBIVS · ET · VALERIA · MONTIA

FEC · FILIOLO

RAPTO · VIIII · K · AVG · A · MDCCCXXXXII

AVE · PVLCHELLE · AVE

CCCCXXVIIII.

AVE · ANIMA · CAELESTIS · AVE · PETRILLE · NOSTER

QVEM · FILIVM · VNICVM · SVSCEPIMVS

HEIC · TE · NATVM · AN · IIII

ABREPTVM · XI · K · OCT · AN · MDCCCXXXX

PETRVS · ANT · SALVINIVS · ET · ROSA · CHECCHIA

COMPOSVIMVS · PARENTES

NEC · IAM · PARENTES

CCCCXXX.

DORMI · IN · PACE · ☧

AVGVSTE

OCELLE · NOSTER

QVI · BIMVLVS · DECESSISTI

K · IAN · A · MDCCCXXXX

LIVIVS · MONARIVS · ET · MARIA · BRIZZIA

PARENTES · MORTE · DECEPTI

CCCCXXXI.

AVE · AVE · CAELESTINA

NOMINE · AB · IPSO · IAM · DESIGNATA · AETHEREIS · SEDIBVS

IOANNES · MANFERRARIVS · PATER

HEIC · TE · CONDIDIT · TRIMAM

XVII · K · IVL · AN · MDCCCXXXVIIII

AVE · AVE · CAELESTIS · ANIMVLA

CCCCXXXII.

AVE · ET · VALE · ANIMVLA · CAELESTIS

ALEXANDRILLE

QVI · VIX · NATVS · AN · I · M · X · D · VIII

AD · SVPEROS · ABIISTI · IDIB · APR ·

A · MDCCCXXXXII

LAVRENTIVS · SARTIVS · ET · CLAVDIA · MAZZONIA

PARENTES · TIBI · FECIMVS

CCCCXXXIII.

HENRICILLAE

HEV · NONDVM · TRIENNI · RAPTAE

X · K · APR · A · MDCCCXXXX

KAROLVS · CASANOVA

PATER · MOESTISSIMVS · POS ·

O · ANIMA · CAELESTIS

RESPICE · TVOS

AETERNISQVE · TECVM

FAC · IVNGIER · IN · DOMIBVS

CCCCXXXIIII.

FELICI · ANDREINIO
ANNICVLO · ET · MENSIVM · II
Θ · KAL · FEB · A · MDCCCXXXXII
CAIET · ANDREINIVS · ET · ANNA · LISIA
FILIOLO · SVO · FECER ·

CCCCXXXV.

ANNVNZIATVLA
INFANS · MENS · VIIII · DIER · XX
H · S · E ·
PHILIPPVS · SANSONIVS · DOMO · COMACLO
CVM · SERAPHIMA · CAVANIA
ILLACRIMANTES · FEC ·
FILIAE
RAPTAE · IN · CAELVM · XII · OCT · A · MDCCCXXXXIII
DEFLE · NOBISCVM · QVI · LEGIS
HEIC · GEMMVLAM · NOSTRAM · CONDIDIMVS

CCCCXXXVI.

GELTRVDILLAE · ROSSIAE

QVAM · DIRA · MORS · ADEMIT

O · BONI · SERTA · DATE

VIXIT · AN · X · Θ · III · EID · IVL · A · MDCCCXXXVIII

CCCCXXXVII.

ATTILIVS

PVER · QVINQVENNIS · HEIC · SITVS · SVM

DELICIVM · FVI · ALEX · BREVEGLIERI

ET · CLEMENTINAE · BREVENTANIAE

QVI · ME · OBSEQVENTEM · MORIGERVM

ET · SVPRA · AETATEM · SCITVLVM · DIXERVNT

CAELVM · PETII · IIII · NON · FEBR · A · MDCCCXXXXIII

O · BONE · QVI · PRAETERGREDERIS

DICITO · PARENTIBVS · MEIS · VOS · MANET · ATTILIVS

CCCCXXXVIII.

CLEMENTILLA · IOS · F · ZVCCHINIA

INFANS · ANNICVLA

Θ · VII · K · IVL · A · MDCCCV

HEIC · ADQVIESCIT

DA · VIOLAS · HOSPES

OSSIBVS · CAELICOLAE

CCCCXXXVIIII.

IVLIAE

INFANTI · MELLITVLAE · SVAVISS ·

QVAE · BIMA

AD · FRATERCVLVM · SVVM · CAELESTEM · AVOLAVIT

XVII · K · MART · A · MDCCCXXXXV

SATVRNINVS · BONORA · ET · MAR · TANARIA · MARCH ·

FILIOLAE · OCELLO · SVO · IVCVNDISSIMO

FECERVNT

DORMI · AMOR · NOSTER · DORMI

QVVM · ET · IPSI · DORMIVERIMVS

OH · VNA · TECVM · DEXTRORSVM · EXCITEMVR

CCCCXXXX.

I.

PHILIPPO · PVERO · SEXENNI

Θ · III · K · FEBR · A · MDCCCXXXXIIII

FRANC · GAMBERINIVS · DOCT · I · V · CVM · ALOIS · DOSIA · PARENTES

MARGARITIONI

II.

HEV · HEV · GEMMVLA · NOSTRA

QVAM · BREVIS · VOLVPTAS · FVIT

TE · NE · IGITVR · FORMOSVLVM · BLANDVLVM

INGENIOQVE · TVO · ANNOS · PRAEVERTENTEM

EDVXIMVS · PARENTES · MISERI

VTI · CEV · FLOS · CAMPI · MANE · FLORENS · VESPERE · DECIDERES

AT · ABIISTI · PVLCHELLE · AETHEREASQVE · AD · SEDES

TVORVM · NON · VICEM · NON · MISERATVS · DOLOREM · AVOLASTI

CAELO · E · CAELO · O · SALTEM · RESPICE

PARENTES · PATRVVM · FRATERCVLOS

QVOS · MISERRIMOS · FECISTI · DECESSV · TVO

III.

PARCE · LACRIMIS · MATER · PARCE · DOLORI
EREPTVM · NE · MALIS · NE · BEATVM · DEFLEAS
POTIOR · O · QVAERIS · GAVDIA · SI · NOSSES
PHILIPPVLO · TVO · QVAM · DICERES · BENE · AC · BEATE
PARCE · LACRIMIS · HAVD · TE · MATER · DESERAM
TVVM · LENITVRVS · DOLOREM · PVLCHRIOR · IN · SOMNIS · ADERO
CONTINVO · SOLABOR · AEGRAM · MADIDOS · ABSTERGAM · OCELLOS
DONEC · ALIGERIS · SOCIATI · OMNES
VNA · ITEM · IN · PATRIA
PARENTES · PATRVVS · FRATERCVLI
PERPETVO · LAETATVRI · EXCIPIAMVR

ΤΕΛΟΣ

PARTITIO ET ORDO TITVLORVM

MENDA sic CORRIGITO

Pag.	Inscript.	Vers.	MENDA	CORRIGITO
76	LXXVIII	1	RÉNANAE	RHENANAE
112	CXXVIIII	4	LICEO	LYCEO
116	CXXXIIII	5	DCEMBR-	DECEMBR.
130	CLV	3	TEXTILVM	TEXTILIVM
159	CLXXXXIII	8	INREPREHENSAE	INREPRAEHENSAE
169	CCV	13	QVOD	QVOAD
213	CCLXX	7	CHRISTOFORVS	CHRISTOPHORVS
276	CCCLVII	2	PHISICAE	PHYSICAE
276	CCCLVIII	2	IRENEI	IRENAEI